Catalogus Hereticorũ,

oĩm pene, qui ad hec vsq͂ tẽpora passim literarũ monumẽtis ꝑditi sunt, illorũ noĩa, errores, ꝛ tẽpora quibus vixerunt ostẽdẽs: quẽ F. Bernardꝰ Lutzenburgꝰ artiũ ꝛ sacrarũ literarũ professor, Ordinis Prædicatorij quinq͂ libris cõscripsit, ĩ cuius calce ꝛ de Lutero nõnihil deprehendes.

Editio tertia, prioribꝰ emaculatior ꝛ multo locupletior, nempe ĩtegro libro ab ipso auctore nunc aucta ꝛ recognita.

Cui tractatus eiusdem de purgatorio adiectus est.

Anno M.D.XXVI. mẽse martio.



¶ Reuerendissimo in Christo patri Illustrissimo D. Hermāno de Weda, sancte ecclesie Colonieñ. archiepiscopo, sacri Imperij Ro. ꝑ Italiā archicācellario, Principi electori, Westphalie ⁊ Angarie duci ⁊c. F. Bernardus de Lutzenburgo, humilis Artiū ⁊ sacre Theologie professor, Ordinis Predicatorū, perpetuā salutē.



Generosis īnasci animis crediderī, ꝑsul illustrissime, ingenue eruditionis amorem: id fecunda ꝓuidente, ni fallor, natura, q̄ aliorū rectores ad sublimis sapiē munia ꝓuehit maturius, ⁊ ꝑclaris ingenij dotibus locupletat, quos mobili vulgo congenita q̄dā (vt ita dicā) preesse statuit industria. Videas interim non modo sacrificos Chrīani gregis duces diuine philosophie capi suauitate, verꝫ etiam reges ⁊ ꝓncipes alioq̄ bellicosos, quorꝫ nōnulli in castrorꝫ tumultibus nōnihil temporis suffurati, musis inuigilasse legunt. Alexand̄ ille Macedo, qui ꝑ diem cruentā vibrabat hastam, noctu Homeri perlustrans Iliada, ipsam dormiturus sub puluinari retentauit. Proinde si Plutarcho fides est habenda, Demetrius Phalereus Ptolomeum Philadelphum Egyptiorū regem admonuit, vt libros in quibus boni regis officia ⁊ clarissimorꝫ virorum gesta scripta erant, nunq̄ꝫ e manibus dimitteret. Num e[rgo] torpere decet otio dñice custodes vinee, quibu[s ouis] ille credite sunt atq̄ꝫ commisse, q̄s humani a[sser]tor generis suo mercatus est sanguine? Pastores olim, quibus diuini verbi mirabilis illuxit incarnatio, non sopitos, sed vigilantes inuenerūt an

geli. Lupus gregē circuit, querēs quā rapiat ouem: et pastor dormitat? Tu quidem Coloñ. ecclesie pontifex, peruigil gregis tui pastor, viros doctos ac probos, vti debes, amas, honoras, obseruas, et larga prosequeris beneficētia, quo non videaris degenerare ab auita nobilitate. Illa profecto vera est nobilitas, que scientiarum adauget officinas, que virtutū cultores amplectitur, que studiosos in diuina lege fouet, ac dignis exhilarat stipendiis. In excelsa o pastor animarum cōstitutus es specula, castam oculorum per tui pecoris circuitū gira aciē, et si quos conspicatus fueris lupos, persequere, comprehende, perde, nec cessaueris donec deficiant. Primeua nascentis ecclesie tempestate, feroces belue proceres Christiane religionis perfidie armis delere conati sunt, at frustra, sapiētia siquidem vicit malitiā, Christus mundū, et vanitatis vmbras syncera veritas. Surrexerūt heretici ambitiōis spū tumidi, diuine scripture verba non sensum (quē solis deus reuelat paruulis) meditātes, sed periērūt in insipientia sua. Ubi Sabellius confusor? vbi diuisor Arrius? vbi apostata Julianus? vbi dormitor Uigilantius? vbi denique Manicheus mali plaste excogitator? Absorpti sunt, iūcti petre sapiētes in oculis suis, quia dū veritatis nollent esse discipuli, facti sunt angeli tenebrarum. Ceterum postque illa interiere monstra, nouus atri ditis ortus est apostolus, tam impudēs quam temerarius, quē tertiā stellarum partem vereor alicubi in suā traxisse vesaniam, qui predicat libertatem, vt a Christi Opt. Max. eximatur seruitute, qui errorum infelix loliū simplicibus fidelium inserit pectoribus: cui quisque pastor prudenter occurrere debet, ne inficiantur ii, de quorum salute districto iudici redditurus est rōnem. Immundus ille Lutherus est, qui circa celi cardines perambulat et seipsum ignorat: qui sui ipsius immemor celum terre miscens, se totum gaudet cōmouere orbem. Nec desunt qui eius indocte doctrine

q̄si nouo euangeliste, prurientes accōmodāt aures, imo ⁊ animas illo duce in tartara p̄cipitandas. Tu ergo antistes vigilantissime, tuaȝ custodi atq̄ꝫ tuere vineam, feras abige beluas, vt insontes agni defensore agno dei perseuerent illesi. Demū ne arguar desidie ⁊ absconditi talēti, hereticoꝝ errores in vnum collegi volumen, quod tue censui dedicare dignitati, cum te sciam domus nostre Colonieñ ac fratrum Predicatorū omniū tutorem precipuum, nedum sacre scripture protectorem acerrimum. Hoc xeniolū haud aspernetur oro tua reuerēdissima paternitas, atq̄ꝫ eo suscipiat quo profectū est aīo, ac dum ꝑ otiū licuerit legat, inuētura quibus ab exordio nascentis ecclesie, nauicula Petri iactata sit procellis ⁊ fluctibus vndiq̄ꝫ agitata, sed mergi valuit nunquam, quā Christ⁹ gubernator ascēdit, qui imperat ventis ⁊ mari, ⁊ ingēs sequitur trāquillitas. Ueritas quippe super omnia victrix, ad tempus quidem premi: sed opprimi, aut perimi nequit vnquam. Tua celsitudo seruetur incolumis a Jesu Christo, Colonie M. D. XXII.

¶ De hereticis in generali, Liber. I.

Quã ob causam hereses sint exorte. Caput. I.

Subintroierunt homines quidam, qui olim prescripti erant ĩ hoc iudicium, inquit sanctus Thaddeus apostolus, cõtra fidei corruptores scribens. Licet enim sancta ecclesia per omnia ab initio floreret, non tamen pertulit inimicus ex inuidia sic iam eleuatam atque splendentem valde, sed maliciose mouere cepit consilia, contendens ecclesiam a domino ⁊ vniuersorum creatore submergere: videbat etiam paganorum errorem iam fuisse manifestatum, deprehensaq; vana demonum machinamenta, ⁊ creaturam a pluribus iam non adorari, sed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non palã contra dominum ⁊ saluatorem nostrum excitabat bellum, sed viros inueniens, Christianos quidem se vocabulo profitentes, sed amore honoris ⁊ vane glorie seductos, quibus tanq̃ organis sue machinationis vsus, plurimos ad pristinũ reduxit errorẽ. Hinc doctor gentium ad Gal. 2. ait: Propter superintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo, vt nos in seruitutem redigerent. Augustinus. 18. de ciui. dei. Uidens diabolus templa demonum deseri, ⁊ ad nomen libertatis mediatoris currere genus hũanum, hereticos mouit, qui sub vocabulo Christiano doctrine resisterent Christiane, quasi possent indifferenter sine vlla corruptione haberi in ciuitate dei, sicut ciuitas ɔfusionis habuit philosophos inter se diuersa ⁊ aduersa sentiẽtes. Subintroducti sane heretici a diabolo fuerunt: q̃d enim ille per se non poterat, hoc ꝑ falsos fratres moliebatur, quos fraudulẽter sub specie religionis, ⁊ titulo fidei immiserat, vt fidem veram impugnarent, permittente hoc deo propter electorum suoꝝ vtilitatẽ, qui visa vtilitate ⁊

pena hereticorum, gratias agant quod non sint sic
permissi errare. Obsidet enim doctrinam catholi=
cam oppugnatio contradicentium, vt fides nostra
non otio torpeat, sed vt cohors malignantium elimi
netur. Et secundum Aug. de vera reli. Heretici mul
tum prosunt, non verum dicendo, quod nesciunt, sed
ad verum querendum spirituales catholicos exer=
cendo, teste Apostolo, qui inquit Corinthijs: Opor=
tet hereses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.
Hi autem a deo probati sunt, qui possunt bene doce
re. Rubertus Tuitieñ super illud Apoca. Signa q̄
locuta sunt septē tonitrua, ⁊ noli ea scribere. q. d. my
steria scripturaꝝ, que tibi datum nosse ꝓmptūq; est
exponere, signa. i. obsigna ⁊ claude, vt sint signata ⁊
clausa, posteris querenda relinque, vt non sint ve=
lut merces vltronee, de quibus vulgo dr, ꝙ soleant
putere: pretiosa illa erunt, qñ opus erit vt querant,
vrgentibus varijs heresibus, quas necesse erit eē,
vt qui probati fuerint, manifesti fiant, tunc enim pre
clara īgenia multoꝝ exercebunt, ⁊ que de scriptura
rum thesauris laborioso studio fuerint cōquisita, nō
vilia videbunt. Unde hereticoꝝ tpe ecclesia impu=
gnat, sed non expugnatur. Glo. Deuter. 2. Heretici
Christianos angustantes testimonijs scripturarum
deprauati ꝯ ecclesiam pugnant, sed resistere nō pre=
ualent, traduntur victi in manus sctōꝝ cum habita=
culis suis. Scripsit quidam imperatori ecclesiaꝫ ꝑ=
sequenti: Niteris incassum nauem submergere Pe
tri, Fluctuat, at nūq; mergitur illa ratis. Impugnat
enim ecclesia ab hostibus gladijs ⁊ heresibus. Et h̄
scd̄m est inhumanius. Oēs em̄ eccl'ie inimici scd̄ꝫ
Aug. 18. de ci. prosunt eccl'ie, q2 si accipiunt ptāteꝫ
corpaliter affligende, exercēt eius patientiam, si ve
ro male sentiendo aduersantur, exercent ei9 sapiētī=
am. Ex hoc clarescit, ꝙ fideles ꝓbantur, ⁊ doctores
ecclesie illuminantur. Glo. Mat. 24. Cum hereses

ꝛ flagitia regnare, et inter sanctos pacem eorum di strahere ceperunt, quanto plures vident sequi ꝑ ꝛa= ua, tanto altius virtutes petūt: ꝛ hoc fit dei omnipo tētis coassistentia. Job. xx. Eritq omnipotens cōtra hostes tuos, ꝛ argētū coacervabit tibi, q̄si diceret, dum malignos hereticos a te repulerit, diuini in te eloquij talentum lucidum excrescet, ꝛ in amore eius epulꝫ sacre scripture satiaberis. Et ex hoc de se p̄su mentes humiliantur. Hiero. sup Eze. Parump de= us abscondit faciem suam ab eis, ꝛ tradidit eos ī ma nus inimicoꝝ, propter immunditias suas. Sed sub= ditur liberatio. Et assumam zelum meum ꝓ nomine sancto meo, quod blasphemabatur propter hereti= cos, vt postq̄ eos liberauerit, ipij erubescant ꝛ con fundantur. Quare fide ecclesiastica derelicta, p̄ua ricati sunt in me. Hinc sana doctrina auidius īdaga tur, ꝛ vilitas hereticorum panditur. Quāto enim he reticorum nequitiam citius exploramus, tanto cer tius eam declinamus. Cum enim fides velut auruꝫ ceperit fulgere, ꝛ predicatio eius vt argentum igne probatum resplenduerit, turpius hereticorum vo= ces obscuri eris vilitate sordebunt. Bona eniꝫ ex de teriorum comparatione magis noscuntur. Quis sci ret lucem esse bonam, nisi tenebras sentiret? Quis nosceret mellis dulcedineꝫ, nisi gustasset amaritudi nē? Et tandē pigritia nr̄a excutitur. Aug⁹. Jō diuia ꝓuidētia multos diuersi erroris hereticos esse pmit tit, vt cū interrogāt nos ea q̄ nescim⁹, sic discutiam⁹ pigritiā, ꝛ diuinas scripturas cupiam⁹. Et viri ꝓba ti manifesti fiēt: q2 ꝑ hereticos de somno excitantur.

Hereses quibus de causis oriunt. Cap. II.

Quā quidā repellentes, circa fidem naufraga= uerunt. I. ad Timo. I. Spreta enim bona con sciētia, in magnos q̄dā deuenerunt errores, inimico hoīe ꝛ satore maloꝝ operum procurante, q̄ superseminauit zizania in medio tritici ꝛ boni semi= nis fidei catholice, Matthei xiij. et extra de elect. c.

licet deuitanda. Hinc fit vt multi efficiant̄ zizanioꝝ diabolicoꝝ seminatores homines impij, virtutē dei abnegātes, scelerati, nequam, ⁊ peruersi ministri satane, teste sancto Ignatio ad Magnesianos, nō sicut agricole Christi, sed inimici seminariū. Et Osee 8. Culmi stantes non facientes fructum spiritualē, sed amaritudinem super sulcos agri subuersi germinantes, ⁊ nisi spinaꝝ radices relinquētes, ītima cordis pungētes, ⁊ assidue discurrentes per diuersa loca, die ac nocte instant attractioni hominū ad suam sectam, ⁊ multos secum naufragare faciunt, ⁊ īpulsi a diabolico vento, timorē iudicij dei iustissimi conculcant. Iuste igitur a deo naufragare permittunt̄, exosos eñ habui eos, Osee. 9. dicit dñs. Et in psalm. 21. In diluuio aquaꝝ multarū. i. diuersaꝝ heresum, ad te non approximabunt, sed a te elongabunt̄, ⁊ in altitudinē maris deuenient, ⁊ tempestas demerget eos. Et multe cause a doctoribus, maxime a Nicolao Dinckelspuel dantur, quare hm̄oi circa fidē naufragant. Una causa est, auersio intellectus ab illis q̄ credenda sunt, ⁊ ꝯuersio ad errores. Quidam eñ sic amāt errores suos, vt veritatē eiꝰ contrariam audire nolint. Prouer. 18. Non recipit stultus verba prudentie, nisi dixeris ea que versantur in corde eius. Et Gerson in trac. de simo. Non est heresis sine deprauatione intellectus per errorem in his que recta fides tradit. Alia causa est inhabilitas intellectus, q̄ fit per pctm̄, p qđ lumen diuine influentie īgredi ꝓhibetur. Job. 24. Ipsi facti rebelles lumini. Tertia causa est affectio inordinata, qua homo trahitur ad cōtraria fidei, vt qñ ex amore vel timore, aut spe ꝓmotionis ꝯtra fidem dicentis ei credit̄, ⁊ veritas fidei derelinquitur. 1. li. histo. tripar. cap. 14. Appetitꝰ potentie hominū pessimoꝝ auaritieq̄ ꝑpositus veritati, que creditur esse p̄cipua, solet insidiari p varias occasiones, resistentes ecclesiastice pietati.

Quarta causa est supbia, qua homo psumit se omne intelligibile supra se, suo ingenio naturali posse apprehendere ꝛ intelligere, cum tñ scd̃m Aug. sup Johan. credere sit ianua ad intelligere. Hiero. sup Titum: Heretici vano sermonũ strepitu querunt quem inuenire non possunt, fuerunt coꝝ fatue questiones, putãtes deum hũanis sensibus posse ɔprehendi. Et scd̃m Esaiã: Si non credideritis non intelligetis. Et Aug. in lib. ɔfessi. Tumore meo. i. superbia, separabar a te, ꝛ nimis inflata facies claudebat oculos meos. Glosa super illud Osee. x. Respondebit arrogantia Israel in faciem eius, dicit: Heretici superbiã habent quasi matrẽ iniquitatis sue, ꝛ iactant se semper scire altiora, ꝛ in ecclesie ɔtumeliam debacchantur, sed arrogantia populi et magistroꝝ simul corruent. Unde hereticoꝝ turris superbie designatur, Geñ. xi. Hi nempe figmenta sua erigunt contra deum, volentes illicita curiositate celi altitudinem penetrare, ergo in fine ɔfunduntur. Cirillus. ii. li. in Euangeliũ Johannis: Nemo absq; illuminatione spiritus veritatẽ cognoscere poterit, nec diuina dogmata hũana virtute consequimur: excedunt enim mentem hominis nostra misteria, ingensq; donum est Christum cognoscere. Item Exo. xix. Omnis qui tetigerit montẽ. i. altitudinẽ scripture, morte morietur, scilicet, lapsus in heresim. Quinta causa est, credendoꝝ subtilitas, ꝛ intellectus humani obscuritas, quo heretici nõ capiunt que sunt credenda. Nec tamen per hoc excusantur, quia rationabiliter ea que ratione inuestigari non possunt, fide tenenda hominibus ꝓponuntur, vt probat sanctus Tho. i. ꝯ gen. ca. vii. Multi eñ effrenatis sensibus mentis plus sapere appetunt, q̃ decet, plerũq; offensionem heretici stultitie temerariis tractatibus incurrunt. Sexta causa est negligentia prelatoꝝ, quos deus misit in mundũ tanq̃ cultores agri sui. Luce. x. Rogate dñm messis, vt mittat

operarios in messem suam. Et Hiere. 1. Ecce consti-
tui te hodie super gentes & super regna, vt euellas &
destruas & disperdas & dissipes & edifices & plantes.
Et Paulus Act. 20. Attēdite vobis & gregi vestro,
in quo vos spūssanctus posuit epōs regere ecclesiā
dei, quā acquisiuit sanguine suo. Et sic de vno ponti
fice canit ecclesia: Ad fidei caulas congregans oui-
culas lupi preuidit insidias. Sed Mat. 13. dū dor-
mirent homines. i. prelati ad custodiā deputati, ini-
micus hō superseminauit zizania in medio tritici: qr
inter doctrinam veritatis hereticus commiscet falla
ciam erroris. Episcopi autē ex solerti vigilantia sup
gregem merent vitam eternam. Narrat Tho. Bra-
bantinus primo libro apum: Venerabilis & deo di-
gnus Guardus Cameraceñ epās, cum in via contra
Antwerpienses hereticos, apud Bafluginense mo-
nasterium Brabantie strictissime reformatum, vitā
beatissime terminasset: in tpe migrationis quidam
frater Predicatorꝝ per somnum apparuit in Ganda
uo. Cui frater: Quō pr̄ tibi est? Ille mortuus, inqt,
sum. Et ecce: Ad satis graues transeo penas, expur-
gandus prius, quā ad gloriam transferar. Et frater:
Que pene causa? Cui ille: Nimia seueritas culpabi
lem reddidit & purgandū, sed via ista qua ꝯ hereti-
cos pro purganda ecclesia auidius inherebam, pe-
nam meam minuet & accelerabit, nunc dilatam. Se-
ptima cā est carentia p̄dicationis euangelice, qr vbi
euāgeliū nō p̄dicat, heresis nascitur. Treno. 3. Par
uuli petierūt panē. i. doctrinā euang. & nō erat q̄ frā-
geret eis. Dicit Vincē. Ferrar. qꝫ repperit in Lom-
bardia nouē valles hereticorꝝ, ppter defectum p̄di-
catorꝝ. Dixit sibi vnus fr̄. 30. anni sunt qꝫ null9 frater
nec clericus venit huc ad instruendū nos in fide, sed
veniūt heretici de ptibus longinqs, & p̄dicant nobis
suos errores, quos euitassemus si euangelicam do-
ctrinam habuissemus.

¶Heretici imundis animalib⁹ ɔparant. Ca. III.

Videte canes, inqt doctor gentium ad Phil. 3.
reddens eos cautos ab hereticoꝝ astutijs, vt
fidē iuiolatā custodiant, ꝛ hereticos imundos
canes denuntiat. Ambro. Hereticos in oī genere vi-
tandos ꝛ spernendos Apls docet quasi canes, q̄ pri
mum oblatrant, dehinc morsu suo seuo male operan
tur. Uidete ergo .i. cognoscite canes ɔ̄ veritatem ir-
rōnabilr latrantes. Esa. 18. cum glosa. Ite ad gentē
euulsam a deo ꝛ dilaniatā morsibus hereticoꝝ pplm
horrendum. Canes em̄ qd̄ integrū est dilaniant, ꝛ in
lutō erroꝝ ꝓsant. Dicuntur etiā vulpes in desertis.
Eze. 13. Uulpes em̄ domestic; insidiant auib⁹, ꝛ he
retici intendunt ad deceptionē pauperꝝ. Beda: Uul-
pes aīal fallax insidijs intentū rapinas fraudes ex-
ercens. Etiam inter ipa hominū hospitia habitās in
foueis: Ita hereticus domum fidei non habēs, alios
in suam fraudem trahit, ꝛ a fide seducit. Hec ille. Cu
tum ergo debet esse fidei hospitiū, ne dum infidelib⁹
nostra domus interna reseramus, in aliene perfidie
casses improuida credulitate labamur. Itidem eq̄s
paratis in prelio comparantur, ꝛ hoc propter eorum
velocem vbiq̄ discursum, scd̄m Haymonem. Et in-
quit Beda Apoc. 9. sicut equi non ꝓpria ratiōe, sed
impetu ꝑsedentis agunt in ꝑliū: Ita mali ductores
demoniaco acti spū ecclam impugnāt. Dicunt q̄z ra
ne ascendētes de fluuijs Egyptioꝝ, Exodi octauo.
Garruli ꝛ amatores vanitatis, secundum Rabanū.
Et heretici, scd̄m Uincen. de Ualentia, instar rana-
rum exibant de aquis baptismi ad peruertendū arti
culos fidei. Et sunt sirenes dulces in delubris volu-
ptatum quiescentes, ꝛ mortifero carmine animas ad
profundum trahentes. Sirenes em̄ dulcedine can-
tus attrahunt naues eas periclitando, ꝛ ex hoc dicū
tur putei abyssi, quia alios prauis sentētijs suis mer
gunt. Et sunt tanq̄ cyniphes fidelium mentes tere-

brantes, animarum sanguinem bibentes, callidi ad nocendum, mordentes vsque ad anime perditionē. Et spinosi hericij, glosa Sophon. 2. Onocrotalus et hericius in liminibus morabātur. Hodie quidem frustra iactant se esse de speciosa ecclesia, sed factis negāt, in quibus vitiorum greges habitant, et hericius spinosum animal habitat in cordibus eorum. Dicunt quoque onagri in deserto, quia in suis voluptatibus dimissi, a vinculis fidei et rōnis sunt alieni. Et scd'm Orige. muscis caninis et cynomyis comparant, nam et cibos ecclesie maculant, et voluptatem summā bonitatem predicāt. He sunt locuste de fumo putei exeuntes in terram, quibus data est ptās tyrannica, sunt em̄ corrosores bonorum. Haymo: Locuste rectos gressus non habent vt quedam animalia, nec volāt vt aues. Heretici fidem rectam non habent ad volandum in celū: nec rectos gressus ad bn̄ operandū. Locuste dāt saltus et virentia corrodunt. Heretici per iactantiam eleuant, et animas que fidei virorem habēt occidūt. Et scd'm Alber. super Apoc. Dentes locustarum sunt expositores hereticorum, qui proponunt panē mendacij, et traijciunt multos in corpus Antichristi: lorice earum virge sunt per tenacitatē mentis: caude earum sunt principes seculares, per quos heretici ecclesiam impugnant. Aculei sunt argutie hereticorum, quibus sanctos pungunt vt a via v̄itatis deuiare faciant, quorum perfidia similis est vrso, quia sicut vrsus habet debile caput, sic heretici debile fundamentū. Et Dan. 7. tres ordines erant in dentibus vrsi: et heretici tribus dentibus catholicos mordent. s. potentia seculari, vt tpe Arrij. Secundo rationibus sophisticis. Tertio sacris scripturis peruerse intellectis, et sic sunt crudelissime bestie, et leones feroces, et porcis immūdis cōparant: quia instar porcorum in ceno vitiorum volutant, vt dicit Johan. Antho. dist. 43. c. in mandatis. Grego. in dial. Cum q̄dam ecclesia Arrianorum fidelibus

reddita ꝯsecraret, ⁊ reliquie sancti Sebastiani ⁊ beate Agathe illuc delate fuissent, congregatus populus porcum subito intra suos pedes huc illucq̄ senserunt, qui fores ecclesie repetens a nullo videri potuit. Deniq̄ hereticorum cetus religione palliatus simulata, equo pallido comparatur. Apo. 6. Mortuis enim pallor proprie accidit, heretici enim pallidi .i. mortui spiritualiter sunt, sicut dr̄ de sancto Martino: Atq̄ illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus.

¶ Qd̄ venenat̄ ⁊ alijs immūdis animalibus heretici comparantur. Cap. IIII.

SCio qm̄ intrabunt post discessum meum lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, Actuum. 20. Lupi inq̄ etsi pellibus ouiū īduti, heretici sunt callidi in fide, fortes in disputatione, crudeles in occisione. Nonne lupi rapaces fuerūt Ebionite ⁊ Cherintiani, qui sancto Johanne absente in exilio erupcrunt contra eius ecclesias. Sic dixerūt discipuli sancti Martini. Cur nos pater deseris ⁊c. inuadent em̄ gregem tuum lupi rapaces. Sicut lupus ouibus, sic hereticus insidiat̄ fidelibus. Hieron̄. Separat seorsum ouē lupus quā capit, ⁊ ouis que egredit̄ de ouili patet morsibus. Et scd̄m Isido. Lupus lanam ouis quam occidit, morsu inficit: ⁊ vestem ex tali lana factam, pediculosam reddit. Qd̄ Nicolaus Esculanus in ser. de falsis prophetis sic ad mores torquet: Conuersatio hereticoꝝ morsu sue doctrine lanam ouis .i. ꝯuersationem boni hominis spūaliter occidit ⁊ corrumpit. Et ergo oues extra mandram .i. custodiam opilionis sanguinolēte ⁊ interfecte, in mōtibus sunt reperte, quas lupus vorax cruentauit. Lupus ouile circuit nocte, non audens intrare. Canis somnū pastoris absentiam explorans, ⁊ hereticus nocte male intentionis fideles decipere conat̄. Ecclesiam nō intrans, pastores ecclesie vitare, vel necare, vel in exi

lium mittere contendit. Lupus natura corporis rigidus, se inflectere facile non pōt: ꝛ hereticus duri cordis nō solet ab errore reuocari. Insuper heretici serpentes sunt, super pectus reptantes, antiqui ꝛ ꝯtorti in cauernaꝝ tenebris delitescentes, clarum solem non sustinentes, quia oppressus est eoꝝ sensus. Hiero. i. lib. ꝯtra Ioui. Proponam, inquit, aduersariorū sententias, ꝛ de latebrosis libris quasi de foueis serpētes pertraham. Serpentes blandiunt facie, ꝛ occulte emittunt venenū. Varij serpētes. i. hereses sunt, inter se quidem diuerse, sed oēs mortifere, de quibus dicit: Venenum aspidum sub labijs eoꝝ. Aug⁹. In serpente est astutia ꝛ dolus nocenti: ideo serpit non habēs pedes, vt non audiat: cum venit lenis est eius tractus, sed non rectus. Sic heretici serpentes sub leni tractu occultū habent venenū. Singulariter ꝯparant serpenti, qui dicit cerastes. Plinius. 8. li. natura. hist. dicit q̄ cerastes est serpens cornutus vtraq̄ parte capitis circūflexa, totum corpus occultat ī arena, vt non cognoscat, totis cornibus sine coopercul is derelictis, quod vidētes auicule, credunt q̄ sit vermis, ꝛ dum ea capere nitunt, a serpente capiunt. Sunt ꝛ sibili quibus draco hominē de paradiso expulit. Scorpiones quoq̄ aculeos habentes, Apoc. 9. Virtutes ꝯsummandas ad finem vitiari cōtendūt heretici. Dracones squamosi ꝛ squalangi, q̄bus squamis adherent in similitudinem piscium. Et basilisci infectiui ꝛ interfectiui, basiliscus vtrinq̄ noxius est: nam aspectu nocet et morsu, vt dicit Effrem Syrus in serm̄. de angustia anime. Sunt aspides ex quibus ꝓgrediunt vipere. i. heresiarche sunt hereticoꝝ ab eis oriuntium principes, Esa. 30. Ex eis vipera ꝛ regulus volans. Sunt quoq̄ putride carnes, cauterio resecande, ꝛ capita venenosa. Apoca. 13. Super capita bestie nomina blasphemie: nam bestia hereticalis, varijs heresibus est plena contra Chr̄m. Hiero-

nymus. x. li. contra Jouinianum: Neqꝫ sinam venenosum caput spiris maculosi corporis protegi. Oremus igitur deum omnipotentē, vt hereticales serpētes crepescant, dracones fugiant, vipere sileant, rane inquiete torpescant, scorpiones extinguant̄, reguli vincant̄, squalangi nihil operentur, ꝛ omnia noxia et fidei aduersa funditus arescant, vt omni intoxico relegato, syncera fide deo seruiamus.

¶ Heretici varijs iniquitatis operarijs comparantur. Caput quintum.

VJdete malos operarios, ad Philippenses. 3. Uidete vel obseruate malos ꝛ perniciosos ꝑuerse doctrine seminatores, ꝛ infidelit̄ i vinea domini laborantes, qui secundū Petrum dominationem spernunt, audaces sibi placentes sectas nō metuunt introducere blasphemantes. Augustinus decimooctauo li. de ciuitate dei: Heretici cum Christianū cogitant habere nomen, et sacramenta Christiana et scripturas et professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorū, quia multi volentes esse Christiani, propter eoꝝ dissensiōes hesitare coguntur, ꝛ multi maledicti in his inueniunt materiā blasphemandi Christianum nomen, quia ꝛ ipsi quoquo modo Christiani appellant̄, ꝛ diuersis ideo nominibus maloꝝ hominū comparant̄. Sunt enim ecclesiasticoꝝ despectores. Hiero. in Abdiam: Quis hereticoꝝ non despicit ecclesiasticos? quis non exultat in malis eoꝝ? Uideas illos exultare, gaudere nostram ruinam, suam putare victoriam. Et ideo sunt sicut amici Job, qui spū consulendi decipere volunt, dum quasi ꝓ dño loquunt̄ veritati aduersant̄. Uerbi gratia: Elephas. i. dñi contemptus, id est, hereticus, dum falsa de deo sentit, eum superbiendo contemnit. Baldach vetustas sola dicit̄, quia nō intentione bona, sed appetitu glorie loquit̄. Non zelo noui

hominis,sed prauitate vite veteris. Sophat qui interpretat dissipatio specule, quia heretici mentes supernas ꝯtemplantes verbis ꝑcutere approbant, cõtemnendo ꝙ deum in vetustate se retinẽt, in qua manentes malis sermonibus speculantibus nocent. Et sic sunt hypocrite, quia spẽm humilitatis ostendũt, vt superba suadeant. Sunt enim adulteri spũales, sicut enim is qui adulterium facit, carnem aliene cõiugis illicite sibi coniungit: ita heretici cum fidelem animã in errore suo rapiunt, quasi alienam cõiugem tollunt. Sunt etiam latrones, ad hoc intenti vt spolient, Osee. 6. Obstruentes viam viatoribus, ne perueniant in Hierusalem. Fures tanq̃ filij noctis, qui peruersa predicant, ⁊ de ecclesia dei furant. Hiero. in Herem. Heretici assumunt testimonia scripturarum de veteri ⁊ no. test. ⁊ furantur verba saluatoris, vnusquisq; a ꝓximo suo, et assumunt linguas suas vt cordis venena ꝓnuntient. Basilius de Aumunio in oratiõe circa euang. In prin. erat: Nõ ignoro, inq̃t, plurimos veritatis inimicos, ⁊ humana sapia plurimũ iactantes, sic admiratos ista fuisse, vt in suis libris conscribere ausi sint. Furatur enim nr̃a diabolus, ⁊ suis ea largiri conatur. Pirate q̃q; turbantes aquas ecclesie, ⁊ de puris fontib⁹ sordidos riuos facientes. Precursores Antichristi. Osee. 7. quasi clibanus ⁊c. Glo. Hereticoꝝ corda igne diaboli succẽduntur, vt in eis coquatur Antichristus. 1. Johan. 2. Nunc Antichristi multi sunt, oẽs qui fidem quã ꝯfitentur ṽbis, destruunt operibus, omnes sunt Chr̃o contrarij: ⁊ per ꝯñs seductores. 2. Joh. 1. Qui non confitetur Jesum Chr̃m venisse in carne, hic est seductor ⁊ antichristus. Scandalizatores proximoꝝ. Cassiodorus sup illud Psal. Aduersus filium mr̃is tue ponebas scandalum. i. hereses, vel vitia, quibus innocentes capiunt. Satane mediatores ⁊ ioculatores, odiorum inuentores, dei persecutores. Augarũ

ascriptitiarum inuentores, & mendaciorum fabulatores. Osee. 12. Tota die mendacium & vastitatē multiplicat. Glo. Heretici mendacium .i. falsam doctrinam sibi suisq; multiplicant, quia sunt extra limitem veritatis, & sic diuersos colores mendacij cōfingūt, & artifici & eleganti mendacio, suis amatoribus hominibus vel demonibus placere intendunt, & heretica prauitate polluunt mundiciā fidei. Et sunt fraudatores, nam astruunt ea que deo pro quo loquunt non placent tanq̃ adulatores, & cum hoc reph̄ensores, & per ꝯñs sunt alioꝝ peruersores & animaꝝ necatores. Hierony. super Osee. 2. Panis hereticoꝝ, luctus perpetuus, aqua cenosa .i. doctrina, qua etiā baptizatos suffocāt. Ecci. 11. Ab vna scintilla ignis augetur .i. ab vnius heretici malitia, perditio multoꝝ: & quoꝝ sermo vt cancer serpit. 2. ad Tim̄. 2. Discipuli diaboli & soboles eius, progenies maledicti, inimici crucis Christi, Antithei .i. ꝯtrarij deo, cōtumeliosi, quoꝝ ꝯtumelias deus odit, quia quicquid dicunt, dignum est odio. Ecclesiastici. 8. Ne stes contra faciem contumeliosi .s. heretici. Item heretici post ꝑceptam baptismi gratiam, ad vomitū redeunt, & spiritui gratie cōtumeliam faciunt. Prouocatores dei ad iram. Ecclesiastici. 16. In gente incredula exardescet ira. Garruli vt hirundines, & verbosi instar cicade, que vt tacta fuerit semel, nunquam silet. Et iō Johannes de Friburgo in sua summa: Disputare cū hereticis non est multum vtile: Contra verbosos noli ꝯtendere verbis. Sunt enim derisores. Prouerb. 14. Querit derisor .i. hereticus, sapientiam, & non inueniet. Quia etsi aperta contra illius stultitiam disputando intēdas, nescit intelligere quid dicas: sunt enim duri ad cōuertendum, Prouerbioꝝ septimo: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum. Quibus verbis redarguūtur heretici: quia nec veterum patrum, nec nouoꝝ

dictis ꝛ exemplis potuerunt ab erroꝛe pꝛouocari. Susurrones odibiles, quoniã occulte erroꝛes ad decipiendum ponunt: Et illusoꝛes. Glo. Esa. 30. Magistri populi illusoꝛes sunt, qui pu̾erse scripturas interpꝛetãtur. Et. 2. Petri. 3. Uenient in nouissimis diebus in deceptione illusoꝛes. Et ex hoc vocantur seductoꝛes. 2. Johan. 1. Multi seductoꝛes exierunt in mundum. Et sunt inimici nostri domestici, ꝛ pꝛoditores, Jude apostate parifoꝛmes. Et finaliter secundum Jgnatiũ in epistola ad Ephesios: Hereticus acerbus, plenus falsiloquio, lubꝛicus, arrogans, superbus, dissonus, immensuratus, nigrifoꝛmis, tumidus, ꝛ timidus. Hec ille.

¶ Heretici sunt ecclesie Chꝛisti concisoꝛes, ꝛ ab ea diuisi. Caput sextum.

VIdete cõcisionem, Apostolus vt supꝛa. Uel secundum Jacobum Fabꝛum Stapulẽsem, aduertite cõcisionẽ. Nicolaus de Lyꝛa: Uidete id est, cognoscite illos eẽ concisionẽ ꝛ nõ circuncisionem, ꝛ est vꝛbana derisio: quia a Chꝛisto excisi sunt, ꝛ alios conantur excidere: ecclesie enim vnitatem scindunt ꝛ dissipant, ꝛ sic videte canes, qui quod integrum est dilacerãt. Matthei septimo: Ne canes conuersi disrumpant vos. Unde heretici ꝛ scismatici inconsutilis tunice saluatoꝛis sunt diuisoꝛes, quam tamẽ milites Pilati diuidere noluerunt. Hieronymus secundo libꝛo contra Jouinianum: Quadringenti anni ferme sunt, quod pꝛedicatio Chꝛisti fulget in mundo, ex quo inumerabiles hereses tunicam conciderunt, que significat vnitatem ecclesie. 16. q. c. vltimo. sicut domini vestimentum. Ecclesie enim secundum Amalarium in secundo libꝛo de officijs diuinis ad Carolum imperatoꝛem, ꝛ conuocatꝰ populus p̄ ministros ecclie, ab eo q̄ facit vnanimes habitare in domo. De ista tunica sic iq̄t Gotfridꝰ oꝛ

dinis nr̃i in libro dicto Pantheon:

Mittitur a celis puero dignissima vestis,
Hec incõsutilis mira colore fuit.
Hanc pater a celis misit, nõ femina neuit,
Longa fuitq̃ breuis, puero crescẽteq̃ creuit.

¶ Hi sunt homines inquieti ꝛ indomiti, quemadmodum vulpes nequaq̃ mãsuescit scd̃m Ambro. super psal. Beati imma. Hinc est qd̄ dicit Hiero. sup illud Esa. 13. Gigantes veniunt implere furorẽ meum ꝛc. Dicit omnes hereses ꝯtrarie veritati rebellant deo. Omnes heretici sunt gigantes, qui gaudent in errore suo: ꝛ tunc maxime gloriantur quando ecclesie cõtumeliam faciunt. Proinde ecclesie oppugnatores conuincunt. Hiero. in Ecclesiasten: Siquidem hãc veritatis ꝛ sapientie ciuitatem confirma, sit ꝛ robusta: omnes heretici impugnare conantur, sed frustra laborant cum ambulent in deserto, ꝛ ciuitatem habitaculi inuenire non valeant. Et sic omnis hereticus odibilis est: causa est, quia isti ficti ꝛ maledicti homines sunt sicut Samaritani, q̇ scd̃m Hiero. in Amos, dant aquas, ex quibus q̇ biberint, semper sitiũt, ꝛ ardorẽ faucium siccarum refrigerare nõ poterunt: ꝛ sic sunt coniuratores, quoꝝ coniuratio est cõsensus multoꝝ in vnum. Et gentes que bella volunt propter genera diuersarum sectarum: hec est gẽs excelsa ꝑpt supbiam: gens peregrina, quia filij alieni facti sunt: gens pessima, Esa. 18. Gens insueta pacis, tumultui assidua: gens immitis ꝛ intractabilis. Predones violenti contra infirmas fidelium mẽtes inter se diuisi. Glo. Deute. 32. Hereticoꝝ tot dñi sunt, quot errores colunt. Et finaliter sunt similes magis Pharaonis. 2. ad Timo. 3. quemadmodum isti Jamnes ꝛ Mambres restiterunt Mosi, ꝛ hi resistunt ꝟitati, homines mẽte corrupti ꝛ reprobi circa fidez, contẽtiosi ꝛ deo odibiles. Et rõ p̄dictorum est, quia heresis est grauissimum peccatum, subuertẽs fundamẽ-

tum oīm bonorum. Agathon nominatissimus int patres in virtute humilitatis ꝛ patiētie, multas culpas sibi a fratribus obiectas, patienter sustinuit. Cū autē affirmaretur esse hereticus, hunc sermonē sustinere nō potuit: rationē dedit, q: heresis est separatio a deo, ꝛ hereticus coniungit diabolo ꝛ angelis eius, alienatus em̄ a Christo iam non habet deum quem exoret pro peccatis suis.

¶ Insensibilibus ꝛ inanimatis heretici sunt similes. Cap. VII.

SUnt velut arbores autūnales, bis mortue, eradicate, sic scribit Judas Thaddeus de hereticis, q̄ sunt arbores antūnales īfructifere .i. sine fructu bone operationis, qualis est tamariscus in deserto scd̄m Ignatium, bis mortue in anima ꝛ corpore, in intellectu sine fide, in affectu sine charitate, eradicate a radice charitatis, a fundamento fidei, a corpore ecclesie: q̄uis corpore videantur esse in ecclesia, q̄a multos tales portat ecclesia, scd̄m Aug. in quest. euang. Heresis eni, vt dicit Jo. an. ī nouella extra de scism. d: ab hercisco .i. diuido, heresis nēpe oēm hominē separat ab ecclesia. j. q. 7. c. cōueniētibus. Dixit Johannes Apocrisarius orientalium sedium, sunt heretici a cōione Christifidelium diuisi etiā post mortē. Esa. 38. Orientur in diebus ei⁹ spine ꝛ vrtice ꝛ cucurbite draconū ꝛ pascue struthionū ꝛ occurrent demonia. Spine sunt a quibus nullus sapientū vuam aut ficum sanctitatis vel ꝟtutis potit īuenire, sed cruentāt approximātes. Hic est q͛ heres sunt porte inferi, quia per eos ad inferos intrat, vt dicit Johan. de Turrecrem̄. j. q. 3. c. saluator. Dicti quoq; Tho. Graban. ꝛ li. apum, hereticorū cōuēticulo; si que dici potuit matrix, dirupta ꝛ scissa est, ideo fetus suos generare non potuit. Hinc Esa. conqueritur: Uenerunt filie vsq; ad partum, et non erat virtus pariendi. Hereticoꝝ ciuitas inutilis ē, ꝛ lapi-

des ex quibus extructa est, in preceps detrahuntur. Michee. 6. O ciuitas pessima in iniquitate extructa, s. ab hereticis: seminabis peccādo ꝛ non meteres ī auditoribus proficiendo, ꝛ sic radix eorum exiccata est, ꝛ fructum nequaquam facit. Osee. 9. quia heretici, in quo radicari deberent, perdiderunt. Unde ꝛ instabiles vt camaleontes ab ecclesia recedūt. Unde secundum Job super glaream heretici habitant: glaream minutissimos lapides dicimus, quos aqua fluuialis trahit: sic heretici illas hominū mētes trahunt, que nulla stabilitatis grauitate solidantur: ꝛ nubes sine aquis, que a ventis circunferuntur, ꝛ fluctus feri maris despumantes suas confusiones: ꝛ sunt fontes ꝛ lacus contriti, non habentes aquam sapientie salutaris nebule, turbinibus ꝛ ventis tempestuosis superbie exagitati, ꝛ habent imaginem nequitie, in quibus est falsa moneta a diabolo facta, quam bonus trapezeta reprobat: ꝛ statera dolosa .i. falsa expositio scripturarum more falsorum mercatorum. Osee. 12. Canaan qui interpretatur negotiator, hereticus mercator animarum in manu eius statera dolosa calumniam dilexit. Isti sunt montes Gelboe, de quibus. 2. Reg. 1. Gelboe decursus interpretatur, quia heretici extra ecclesiam decurrunt. Stephanus Tegleatius archiepiscopus Patracensis dicit: Mali montes sunt quibus maledixit David, dicens: Montes Gelboe nec ros ꝛc. lubricum interpretatur Gelboe: ꝛ sunt impij heretici, montes vtique volubiles, lubrici ꝛ instabiles, in quibus quia veritas non est, quicunque ascendunt eisque credunt, aut ad eos confugiunt, facile corruunt. Hec est enim terra maledicta, non triticum generat, sed lolium spicis corruptis ꝛ pallijs aristarum fractis vel scissis. Dicitur etiam hereticus absinthium, quia amaritudinem perturbationis inducit in ecclesia, ꝛ cibum sacre scripture amarum reddit, ꝛ veritatis dulcedinem amittit: ꝛ

vere est puteus abyssi propter profunditatem malitie, et propter tenebras conscientie, panis hereticorum est eorum perditio omnes inficiens letaliter: et Hieremie. 6. Malicie eorum non sunt cōsumpte, argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos. Sed quid istis immoror? nam cum Hiero. in apologia ad Pammachium et Oceanum dicere possum: Non mihi diues Ciceronis lingua, nec feruens Demosthenis orō sufficeret, vt possem implere sermonem, si velim hereticorum fraudes prodere.

¶ De hereticorum cōmunicatiōe vitanda.
Caput octauum.

HEreticū hoīem post primā et scdaz correptionē deuita, quia subuersus est qui hmōi est, et delinquit, cū sit pprio iudicio odēnatus, ad Titū. 3 et. 24. q. 3. dicit Apl's. Exemplo enim sanctorum, heretici sunt vitandi, sicut Johannes euang. fugit Cerinthum, et Ignatius sepe in epistolis suis ait: Fugite hereticos, diaboli soboles: et vt scribit Athanasius: Nunquam sanctus Antonius se miscuit eorum communioni, antequam eorum sciens transgressionem atque prauitatem. Uitandi enim sunt vt fallaces medici, qui sub specie boni ministrant venenum, et venditores sunt filiorum ecclesie, facientes eos ethnicos, vt longe sint ab electorū numero. Et vt hostes Christi, qui deberent esse filij dei secundum Ropertum Holkot super lib. Sap. Sunt enim, vt leprosi, contagiosi. Hiero. super Amos: Odit deus quotiescunque congregati sunt heretici in nomine eius. Detestatur fetorem eorum et claudit nares suas. Et idem in trac. de diuersis lepre generibus. Colores leprarum diuersi, diuersis heresibus aptantur: nam heresis non solum est fetida et infectiua, imo et fundamenti Christianitatis corruptiua. Et Franc. de Retza in. 4. par-

te super Salue, profusissime deducit ꝙ heretici cō-
parantur leprosis. Num. 5. Eijciant de castris oēm
leprosum, id est, hereticum. Et. 2. Paral. 27. Ozias
non regalibus sepulchris, non in ciuitate Dauid, sed
in agro sepultus est, eo ꝙ esset leprosus. Glosa: He-
retici indigni sunt societate ⁊ communiōe sancte ec
clesie, quia erroribus maculati ⁊c. Et sic Nume. 15.
Vn Separamini a tabernaculis hoīm istorum duris-
simorum. Et Anthonius (vt scribit Athanasius) ait
in vltima hora: Scismaticorum ⁊ hereticorum vene
nata vitate, meum circa eos odium sectamini, Chri
sti sunt inimici: scitis ipsi, ꝙ nullus mihi nec pacifi-
cus quidem sermo cuꝫ eis aliquando fuerit propter
prauam eorum voluntatem, ⁊ pertinax contra Chri
stū bellū. Et q̈re vitandi sunt? nam excōicati sunt de
facto, extra de hereti. c. excommunicamus. Excom-
municatio enim secundum Petrum de Aquila in. 4.
est exclusio alicuius a communione fidelium: ⁊ pro
graui pctō mortali, quod sequitur contumacia, infli
gitur. Adeo enim vitandi sunt heretici, qui propria
sponte diabolo suadente se a nobis segregauerunt,
vt ab ecclīa sint sepandi, nec in cemiterijs nr̄is sepe
liendi, Esa. 14. Quasi cadauer putridum, non habe-
bis consortiū, neqꝫ in eis sepulturam. Et Osee nono:
Non habitabunt in terra dn̄i, exponit Hiero. de he-
reticis, sed memphis sepeliet eos. Unde Rupertus
abbas Tuitieñ super illud Apoca. Atrium quod fo-
ris est, noli metiri. Inquit, illud atrium. i. illos here
ticos qui sunt sicut atrium, qđ templo quidem vici-
num est, sed in templo non est: ne metiaris. i. nihil ad
illos ptinere contesteris mēsuraꝫ illam, q̄ data ē his
qui receperunt deum, quiqꝫ credunt in nomine eius
. s. ptātem filios dei fieri. Quare? Quia datū est gen
tibus, qm̄ inter gentiles reputant̄: dicūt se Christia-
nos esse, sed mentiunt̄, ⁊ cum gentibus eodem mali-
gnitatis spū debacchantes, Christianos persequun

tur. Ex quibus sequitur, q cum hereticis non est cō municandū, nec cum eis cibum sumere debem⁹, nec in domo, nec in terra foueant, nec negotiatio cū eis exerceatur. Sic. 2. Johā. 1. v.: Siquis venit ad vos, ꝛ hanc doctrinam non hꝫ, nolite eum in domum ducere, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit ei aue, cōmunicat operibus eius malignis, vbi dicit glo. Tanta apostoli tunc in religiōe vtebant cautela, vt nec ꝟbi quidē cōmunionē cū aliquo eorū, qui a ꝟitate deuiauerunt, habere paterentur. Et. 24. q. j. que dignior: Si qua est ecclesia que fidem respuat, nec apostolice predicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidie possit aspergere, deferenda est. Et diuus Theodosius imperator statuens leges in hereticos, dicit: Ut ecclesias non habeant, neq̄ epos, aut clericos ordinent, sine honore sint, ꝛ a ciuilitate cōi expellant. Nam ex tali familiaritate, alijs daret occasio erroris. Aug. in regula: Hoc non fit crudeliter, sed misericorditer, ne ꝯtagione pestifera plurimos perdat. Una ouis morbida ꝛc. Et. 2. Corinth. 6. Exite de medio eorꝫ. Itemq̄ in omni actu legitimo debent vitari. Nam scd̄m Brixiensem. hereticis oīs appellatio prohibita est, ꝛ iudex ex officio suo repellet hereticum ab agendo, testificando, ꝛ aduocando. Et Caius papa dicit: Heretici non pñt Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre. Dicit tamen dñs Johan. Anto. 34. dist. in mandatis: Cum hereticis possumus loqui quantū ad ea que pñt eos reducere ad fidem. Et dicit Bar. C. de here. Excommunicatus ꝓ heresi, non pōt facere testamentū, nec publica ꝯficere instrumenta. Et omnis hereticus indistincte ab omni dignitate deponit. Sed dubium est, an hereticis det copia defendendi se? Dicit Henricus Bonchit extra de here. c. si aduersus: Hereticꝫ datur audientia, seu copia se defendendi in foro penitentiali, ꝛ interiori. Sed in foro iudiciali ꝛ exterio-

ri distingue: Aut sunt heretici penitus occulti, q̃ con uinci non põt, talibus non negatur legitima defensio, quia ecclesia non iudicat de occultis. Aut sunt conuicti, tunc non admittuntur ad defendendum heresim, nec sunt audiendi, nec super crimine heresis, nec super bonis eorum. Qualiter autem debeant ꝯfici libelli ad accusandum hereticos, docet Guilhelmus Durandi in quarto lib. speculi iudicialis.

¶ Heretici sunt persequẽdi ⁊ puniẽdi. Caput nonum.

Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius. Et alibi Psal. reddit rõnem: quia dissipauerunt legẽ tuam. Solet enim plures penarum grauitas magis quam timor dei arcere a voluntate peccandi. Ideo vt hoc pestiferum vitium propter aliorum terrorem euellatur, adhibuit ecclesia diuersa penalia remedia. De pena spirituali que exercetur per mucronem excommunicationis, dictum est in precedenti ca. De pena autem eterna, que debebitur hereticis, dicetur in sequenti ca. Primum enim locum in penis habent, qui a deo aberrant, vt dicitur in epl'a Clem. Pro quo notandum, ꝙ reges ⁊ principes debent exurgere ⁊ filios iniquos persequi, ⁊ restrigere per corporalem punitionem, quemadmodum in lege veteri Helias prophetas Baal interemit, ⁊ Mathias filios superbie persecutꝰ est. Ps. Quis consurget mihi aduer. malig. aut stabit mecum aduer. operantes iniq. Habent enim domini temporales tueri ecclesiam. 23. q. 4. Sicut excellentiam vestram ex hostilibus bellis, in hac vita dominus victoriaꝝ fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis ecclesie omi viuacitate mẽtꝫ ⁊ corporis obuiare. Et ĩfra: Eminentia vestra conatus hereticoꝝ comprimat, ⁊ superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Sũt etiã

ad fidei quam reliquerunt receptionem ꝯpellendi ⁊ puniendi, per rerum corporalium spoliationem, dist. 18. quo iure, vbi dicitur: Relegantur leges, manifeste preceperunt imperatores, ꝙ qui preter ecclesie catholice communionem vsurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis autorem, nihil nomine ecclesie audeant possidere, ⁊. C. de apostatis. si quis. Apostatarum bona dominico fisci publicantur. Et dicit Gotfri. de Trano in expositiōe tit. decre. quod catholici possunt hereticos propria autoritate spoliare, quia ecclesia generalem eis autoritatem prestitit, vt eos exterminent. Ad hoc enim datus est gladius materialis imperatoribus, sicut habet. 2. Mach. vl. quod Hieremias extendit dextrā, ⁊ dedit Jude Machabeo gladium aureum, di. Accipe gladium sanctum munus a deo, in quo deijcies aduersa. populi mei Jsrael. Unde per Mosen dn̄s dicit: Gladius meus manducabit carnes. Unde nota secundum Petrum de Ancor super. 6. de hereticis, quod cognitio contra hereticum spectat ad forū ecclesie, executio vero ad iudicem secularem, consueuit enim esse pena ignis quam ecclesia non imponit. Sic dicitur extra de her. Nos itaq; inquisitioni tue de fratrum nostrorum consilio respondemus, q̄ post abiurationem deprehensi fuerint in heresim decidisse, sine vlla penitus audientia relinquendi sunt iudicio seculari. Ubi nota quod secūdo relapsis, ecclesia gratiam non indulget, quia si heretici reuertentes semper reciperentur ⁊ conseruarentur in vita ⁊ alijs temporalibus bonis, esset in preiudicium salutis aliorum. Unde Amb. quandam dicit esse misericordiā iniustam quando facilitas venie incentiuum prebet delinquenti. Quisquam ne eum misericordem dicere audeat, qui vt vnum leuius puniat, cateruas hominum deijcit in voraginem peccatorum, imo deus in quo maxime misericordia excellit, interdum miseri-

cordiam execratur. Ait enim Deut.69. Non misereberis eius ꝛ auferes noxium sang. de Israel, vt bene tibi sit. Et.3.Re.20. quia dimisisti virum dignū morte, erit anima tua pro anima eius, ꝛ.2.Mach.6. conditor libri exclamat, di. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Rursus sicut dicit Milis de Verona in suo reperto. Heretici ꝛ eorum fautores et aduocati ꝛ ipsorum heredes, vsqꝫ ad secundam progeniem, sunt inhabiles ad beneficia temporalia, et honores, et publica officia. Preterea si heretici sine pena euaderent, alij securius in heresim laberentur. Ecci. 8. quia nō cito profertur contra malos sententia, absqꝫ timore vllo filij hominum perpetrant mala. Ideo reuertentes ad penitentiam recipiuntur, non autem vt liberentur a sententijs mortis. Et ergo ad premonendum prelatos, notanter dicit Gerson in de examine doctrinaꝝ: Illi culpantur rationabiliter, qui ex officio resistere heresi introducte debentes, facti sunt speculatores ceci, canes muti, naute stulti nauem ecclesie naufragijs omnibus exponentes, quam regere nec sciunt, nec volunt: scientibus deniqꝫ, volentibusqꝫ succurrere viam claudunt, ipsos abijciunt infamātes, spernūt. Ideo dicit Barthol. de Pisis, quod archiepiscopi ꝛ episcopi, qui circa extirpandos hereticos fuerit negligentes, debent deponi, ꝛ alij substitui. Et hec sufficiant dicta de penis hereticorum. Sed tamen notat Joh. Teuto.5.lib. casualium, ꝙ si religiosi inuenti fuerint in heresi deliquisse, grauius puniendi sunt ꝙꝫ seculares.

Statua  heretiℨcalis.

De statua heretici Cap. decimum.

MEa est vltio, et ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, et adesse festinant tempora, Deut. 32. Uides hanc statuam lector qua hereticū exprimere volumus. Et merito quia secundum Hiero. in tertium Dan. Heretici fulgore eloquentie secularis falsum dogma componunt auream statuam facere, et quantum in se est persuasione compellere vt cadentes adorent idolum falsitatis. Stat nempe sublimis, capite leuato in celum, quod fastuoso pileolo insignitum est, per hoc velim intelligas superbiā heretici et ambitionem, iuxta illud quod dicit glo. super Esa. 27. Heretici qui eleuantur in superbiam, qui ecclesie humilitate contempta, sibi excelsa promittunt, dogmatum suorum montes ascendunt, et ibi cubile suum demonibus prostituunt. Et Hieron. super Amos. 2. Principes hereticorum intumescunt superbia, declinantes ab illo qui superbis resistit: nam iactantia facit hereticum. Et sicut illi antiquo hosti patuit ruina magna, ita iuxta est dies perditionis hereticorum vt labatur pes eorum. Quare pinximus eū ligatis pedibus catena, cuius longitudo protenditur in infernum. Sap. 17. Una catena tenebrarum omnes erāt colligati, quibus procella tenebrarum conseruata ē. Jude. 1. Et glo. super illud Osee. 5. Uidit Judas vinculum suum, dicit: Heretici aliquando se funibus peccatorum constrictos vident, nec dei consilium querunt, sed diaboli, qui est vltor peccatorum, et cum eo iuste damnantur. Prouer. 7. Jnclinata est ad mortem domus eius. Hereticorum enim domus, quia super arenam construitur, et cum stare videtur, vergit in occasum. i. ad impiorum consortia. Jtem sub columna in qua stat hereticus, depingitur infernus. Uulpes enim nulli vsui aut cibo vtilis est, nisi vt mittatur foras: sic de hereticis dicitur, partes vulpium. i.

cuncidimini, Christus nihil vobis pdest. & extra de bap.c.maiores: cum baptisma successerit circūcisioni, absit vt in illam damnatā heresim incidamus, que pperam affirmabat legem cum euangelio & circūcisionē cum baptismo seruandam. Mille annos post resurrectionē in voluptate carnis pdicant, quod reprobat Marci.12. Non nubent neq nubentur. De isto Cherinto dicit Beda sup epl'am Johan.narrat eñ de illo.s. Johanne auditor eius sanctissimus vir & martyr fortissimus Polycarpus Smyrneoꝝ antistes, q tpe quodam cum apud Ephesum balnea lauādi grā fuisset ingressus, & vidisset ibi Cherintum exire, ꝯtinuo discessit non lotus, di. Fugiamus hinc ne balnea ipsa nos corrumpant, in quibus est Cherinthus inimicus veritatis. Quo egresso, balneū cecidit, & hereticum cum suis oppressit. de hoc.24.q.1.c.omnis qui. Hic heresiarcha turpulosus & libidinosus totus, a quo dicta ē heresis Cherintiana, hic dicit legalia obseruanda, & Caius in dispu. suoꝝ dialo. dicit: Cherintus p reuelationes quasdā quas velut a magno aplo conscriptas, vt & p angelos reuelatas putaret, talia q̄dā portēta nobis inducere nitit, post resurrectionē terrenū futuꝝ esse regnum Christi, in q̄ Hierusalem & homines in carne iteꝝ cōcupiscētijs & vitijs subiectam ꝯuersationē habituros: cōtra fidem quoq scripturaꝝ mille annos designat. Dicunt etiam mundū ab angelis esse factum. Jesū tātūmodo fuisse hominē, nec resurrexisse, sed resurrecturum. Et hi etiam dicunt Merinthiani a Merintho, vt dicit Aug. & Rupertus Tuitieñ super illud Apocal. Ego sum alpha & o: quid enim illic offenderet Cherinthum vel Ebionem vel Arrium, aut aliū quēlibet diuinitatis Christi inimicū hereticū. Hereticus quoq quilibet eiusmodi ꝯcederet & cōfiteret, sed eundem esse deum deo patri coequalem sine ini

tio cuz patre ꝛ in patre manentē non cōfiteret, recte ꝗ dixisse non cōtēt⁹, addit istud q̄d summū est ī quo fides Christiana consistat, velut supremo gradu de Christi diuinitate, sic̄r eque vt de patre sentiēs sicut ꝛ dignum est, ꝛ dicens in ꝑsona eius, vt vicȝ maiori tonitruo q̄ cōtradicunt ille rane loquaces cōterant, ego sum alpha ꝛ o, hec ꝟo dicens, siue dicentē illū, inferēs patri coequat: sic etiam ꝟbum antiquum q̄d erat, In p̄n. e. ver. ꝛc. est cōtra Cherintū aliosq; anti christos, qui negare incipiebāt ante Mariam fuisse Christū.

¶ Chiliaste, hi sunt Cherintiani. 24. q. 3. quidaȝ. nisi ꝙ hic est appellatio greca, ꝛ obseruant eosdē er rores sicut Cherintiani: chile enim grece mille latine d̄r, ꝛ dicit Helinādus ꝙ Papias Hieropolitan⁹ in Asia ep̄s, fuit autor hereticoꝝ qui dicunt Chiliaste. i. millenarij, qui d̄r mille annoꝝ Judaicā edidisse deuterosim. i. nouitatē. Qui post resurrectionem aiunt in carne dn̄m cuȝ sanctꝭ regnaturꝝ ꝛ sctōs epulaturos cū Christo corporal̄r. Dicūt quoq; ī mille annoꝝ regno mulierē instaurādā eē, ꝛ eandē eē q̄ pri⁹ habuit virꝝ.

¶ Cynici olim fuerunt ph̄i carnales ꝛ bestiales, dicentes licere cōmisceri feminis instar canū, modo hm̄ōi prurientes auribus introierunt dn̄atione spernentes ꝛ maiestatē blasphemantes: de quib⁹. 1. Pe. 2. Multi sequent eoꝝ luxurias. Hi sunt Waldenses ꝛ cōsimiles, de quibus dicetur in locis suis. Cynici secundum Papiam: heretici, dicti ab immundicia, cōtra humanā em̄ verecundiā in propatulo cū vxorib⁹ coibant, vt canes.

¶ Circūcelliones dicunt, eo ꝙ agrestes sint, quos scotopicos vocant, qui Bonosianoꝝ doctrinam habent. Hi amore martyrij seip̄os perimunt, vt violenter de hac vita discedentes martyres nominent: con

tra illud.23.q.5.si non licet. Profecto enim q̃ seipm̃ occidit.homicida est.Item c.tu dixisti.&c. non est nr̃m,de quibus etiam c.Circũcelliões illas clericos partis Donati &c.vbi scribit Aug.ad Marcellianũ comitẽ de Donatistis captis.Aug.in de here. Circũ celliones genus hoĩm agreste & famosissime audacie,non solum in alios immania facinora ꝑpetrãdo, sed nec sibi eadem insania & feritate parcendo,sed ꝑ mortes varias maxime p̃cipitioꝝ & aquaꝝ & ignium seipsos necare cõsueuerũt,& ĩ istũ furorẽ alios quos potuerũt sexus vtriusq; seducere,vt occidant ab aliis,mortẽ nisi facerẽt cõminantes. Possidonius de vita Aug.dicit aliquoties eius vias armati iidem Circũcelliones contra famulũ dei Augustinum obsiderunt,sed hi itineris errore seducti,eum inuenire non potuerunt.

¶Choite, a Choita heretico,qui fuit de numero eoꝝ qui euangelia laniauerunt scd̃m Hiero. contra Lucifer.

¶Constantius, Constantini filius,Constantis frater,ab Arrio tractus est in heresim Arrianam, vt quosdam in deo gradus crederet.Hic scd̃m Hie. in vita Hilarionis heremite rex Arrianoꝝ in exiliũ deportauit Dracontium & Philonem ep̃os. Et Orosius lib.7.constantius dum constantem frẽm bello ĩsectatur incauta petulantia periculis sese offerẽs,a ducibus eius occisus est.Et Hiero. ad Heliodoꝝ epitaphio Nepotiani: constantius Arriane fautor hereseos dum cõtra inimicum parat & cõcitus fert ad pugnam,in Mopsi viculo moriens magno dolore, hosti reliq̃t imperiũ.

¶Colorbosus secut⁹ est Menẽdrianos & Marcum,de q̃bus infra,a quo dicuntur colorbosij heretici.Hic em̃ vitam oĩm hominũ & generationum in septẽ siderib⁹ affirmat,vt dicit Aug.de here.

¶Crispinus Donatista, in Calamensi ciuitate et regione eps fuit, vt dicit Possidonius, cõtra quẽ August. trino cõflictu disputauit, ita Crispinus proconsulari et libellari snia est pronuntiatus hereticus. Et p̄ceptum ẽ, nullo prorsus loco hereticos Donatistas esse debere: et sic multũ creuit sancta eccl'ia.

¶Concordenses, vel scd'm alios Cozorenses, q̄re supra in Albanẽsibus.

¶Colitiani, a q̊dam Colitio nominati sunt, aut scd'm Isid. Colintiani a quodã Colinto, vel scd'z August. dicuntur Coluthiani a quodã Coluthо, qui dicunt deum non facere mala, contra illud qd' scriptum est Esa. 37. Ego deus creans mala. Et hoc intelligit de malis pene, sicut dr' Amos. 3. Si est malum in ciuitate qd' deus non fecerit. Uel deus creat mala. i. nociua, vt venenũ, lupos, araneas, et similia, que magis nocent q̃ prosunt, vt dicit Aug. Quis Coluthiani et Floratini inter se cõtraria dicũt, tñ ambo diuinis alloquijs resistebant. Creat eñ deus mala, penas iustissimas irrogando, qd' Coluthus non videbat, non aũt malas creando naturas atq substantias, inquãtũ sunt nature atq substantie, vbi Florinus errauit.

¶Constans nepos Eraclij Imperator, regnãs in Grecia et non Rome, anno. 660. tẽpore Theodorici primi pape, hic Constans fuit pessimus in oĩbus et crudelis cõtra catholicos, et hereticus de Acephalitar' secta. Qui quadam vice de Neapoli veniens Romã, pulcherrima edificia et palatia, ob inuidiam ciuium Romanor' destruxit, et in Tiberim proiecit, et multas plateas ciuitatis fecit desolatas.

¶Constantinus quint' impator, pessimus hereticus fuit, q̄ demonijs immolabat, eccl'iam dei lõgo tpe afflixit, nec euasit impunitatem. Nam completo mysterio iniquitatis p̄finite, horribil'r clamans: igni sum inextinguibili traditus, spm̃ exhalauit. Insensa

tis impatoribus sue vesanie relinquens exemplum. Sigibert9: Constantinus imperator, filius Leonis quinti, Constantinopoli synodū trecentoꝝ triginta epoꝝ ꝯgregauit, in quo edicto ꝓmulgato de imaginibus dei ꝛ sanctoꝝ deponendis, ecclesiam dei nimis scandalizat, ꝛ ꝯ orthodoxos tyrannisat. Hec ille: Et beatus Martinus papa ob catholicā fidē ab eodem de ecclesia raptus, ac perductus Cōstantinopolim, in exilio vitam finiuit.

¶ Cosmi, hoꝝ heresis ꝯcurrit cum Marcellianis, q̄ fuerunt damnati in secunda synodo vniuersali Constantinopolitana.

¶ Copti sunt Christiani, sed heretici, in partibus Indie hincinde habitantes, ꝛ vtunt̄ in ecclesijs quodam libro fabuloso, qui dr̄ secreta Petri: ꝛ in missis legunt euangelium Nicodemi.

¶ Chorizantium secta transiuit anno. 1373.

¶ Cresconius grammaticus Donatista, ꝯ quem Aug9 quatuor libros scripsit, in quibus Cresconiū ī multis rep̄hendit, maxime in hoc ꝙ Petulianum defendit, qui negat ꝙ Christus sit Christiani origo, radix ꝛ caput.

Dadosius vnus de principibus Messalanioꝝ, qui inter cetera dicunt diuinum cibum nec ꝓdesse nec ledere, de q̊ dn̄s dixit: Qui comedit carnē meā ꝛ bibit sanguinē meū, viuet in eternū, de hoc. 7. lib. hist. tri. ca. 11.

¶ Dactilorinchite, de his in Pattolorinchitis.

¶ Dauid de Dinanto, cuius error fuit ꝙ deus est materia prima. ꝯ hoc b. Tho. 1. ꝯ. gen. ca. 17. ꝛ prima pte q. 3. art. 8. ꝙ impossibile est deum aliq̄ modo in ꝯpositionē alicuius venire. Dicit eñ Dioñ. c. 2. de diui. no. ꝙ neq3 tactus est eius. s. dei, nec quedam ad ptes ꝯmiscendi cōio. Et dicit Cesarius. 5. dist. dial. ꝙ libri mgr̄i Dauid ꝑpetuo damnati sunt et exusti.

De alijs erroribus s in Almarico.

¶Decarthite, Manichei fuerunt, & de eis diu[9] impator facit mentionē. C. de here. Nota q̄ Manichei totum virus euomentes ꝯ honorē creatoꝝ oīm machinati sunt, & ꝑpagines suas longe lateq̄ extenderunt, pro quoꝝ extirpatione ecclesia multos agones subijt.

¶Desiderius heresiarcha, de q̄ b. Tho. ꝯ impugnantes rel. ca. 6. Desiderius heresiarcha Longobardus, nr̄i tp̄is edidit quendā tractatū ꝯ catholicā ꝟitatē, in quo inter cetera ꝯdemnat statū eoꝝ, q̄ relictis omnibus egere volunt cum Chr̄o, hic paupertatem totalr̄ ꝯdemnat, & q̄ non sit licitū sua oīa ꝓ Christo relinquere, nisi talē religionē intret q̄ possessiōes habeat, vel nisi talis sit q̄ de labore manuum viuere intendat.

¶Deuterus hereticus Arrianus ep̄s, dū in Cōstantinopoli, vt dicit Sigibertus in sua chronica, Barbam quendā baptizaret, & male distinguens trinitatē, dicens: Baptizo te Barba ī nomine pr̄is per filium in sp̄ū sancto: aqua disparuit.

¶Dimophilus Arrianus fuit, nec dogma Arrianoꝝ anathematizare volēs, idcirco in ꝯcilio Ariminensi damnatus est tempore Constantij imperatoris. De quo etiam secundo libro histo. tripar. ca. 22. & lib. 9. ca. 10.

¶Dioscorus olim ep̄us Alexandrinus, anno domini. 444. sub Martiano principe & Leone primo, qui dixit vnam naturam esse verbi dei et carnis. Peccat igitur in fide, qui est defensor hereticorum. 24. q. 1. c. 2. Et huius sectam & subscelerate cohortis ponit Johannes Damascenus lib. 3. ca. 3, dicens: Dioscorus & Seuerus et eorum scelerata cohors. Unde scti patres apud Calcedonem congregati Dioscorū damnarunt, non tantum de heresi, sed etiam quia au-

sus fuit sanctum Leonem papam excõmunicare maiorem se, vt dicitur distin. 21. c. intantum. et dist. 13. c. canones sunt secuti, ꝛ. 24. q. 2. c. sane existunt etiam qui eidem Dioscoꝛo. et. C. de heř. l. quicunqꝫ Apollinaris facinoꝛosissimã sectam. Eutices ꝛ Dioscoꝛus cõicatoꝛes ꝑmanserunt vsqꝫ ad moꝛtem eius. Cõtra Dioscoꝝ scripsit Hilarius libꝛum vnum ad p̄fectum Salutium. Et Theodoꝛus ep̄s Syꝛie ciuitatꝫ dicta foꝛtia ꝯtra eundem fecit.

¶ Diodoꝛus, de q̄ Damas. lib. 3. c. 3. dicit: Deo odibilis Nestoꝛius ꝛ Diodoꝛus, ꝛ igne dignus Theodorus et eoꝛum demoniaca conuentio: ꝛ cum alijs Arrianis posuit in Chꝛisto vnionem personalem in vna dũtaxat natura. s. humana: ꝛ Chꝛistum negauit verũ esse deum: Ubi nota, ꝙ dixerunt Chꝛistum tm̃ fuisse hominẽ, ꝛ ip̃m ad diuinam pꝛopemodũ dignitatem ob gratie abundantiam operumqꝫ excellentiam esse euectum, ꝛ pꝛoinde deum in scripturis appellatum quasi non natura deus esset, sed gloꝛia tantum honore nominis. Unde quidam eoꝛum dixit, non inuideo Chꝛisto facto deo, hoc et ego fieri possum si volo. De hoc habet Gꝛegoꝛius decimooctauo libꝛo moralium. Et dicit Hilarius: Hic enim verus et pꝛoprius est filius: oꝛigine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione.

¶ Discalciati, isti non intrant sancta loca, nec locum oꝛ̃onis, nisi sint discalciati: moti ex illo ꝟbo qđ dñs dixit ad Mosen Exođ. 3. Solue calciamentum de pedibus tuis. Et illum modũ tenẽt Saraceni, qñ intrant Mesquitas eoꝝ nudis ꝛ lotis pedib9, vt adoꝛent ꝑfidum Mahometũ diebus singulis, certꝫ horis, vt dꝛ in Cle. Cedit quidem de Judeis ꝛ Sa. ꝛc. De his sic scribit Aug9 de here. Est alia heresis nudis pedibus semꝑ ambulantiũ, in eo ꝙ dñs dixit ad Mosen: Solue ꝛc. Et ꝙ pꝛopheta Esaias nudis pe-

dibus iussus fuit ambulare. Exo. 20. Calciamēta tua tolle de pedibus tuis.

¶ Donatisti vel Donatiani, a Donato q̄dā Afro nuncupati sunt, anno. 334. sub Constantio impatore ꝛ Julio. 1. papa. Qui Donatus de Numidia veniens, pene totam Africam sua ꝑsuasiōe decepit, asserens minorē patre filium ꝛ minorē filio spm̄scm̄, et rebaptizauit catholicos. 24. q. 3. quidam. et C. de here. Jste error vocat̄ rebaptizantiū, ꝯ illud de ꝯse. di. 4. c. eos, non licet fieri rebaptizationes. et. c. j. rebaptizare. Et talis punit̄ capite. C. ne sanctū baptisma reiteretur li. j. Unde Donatiste ꝛ Manichei totam fere Africam cum suis erroribus corruperant et impitos deceperant: ꝛ sctm̄ Augustinū fatigabāt, ꝓpter q̄d multos libros ꝯ illos scripsit: Et Donatiste erant magni in scīa seculari, erant maiores in mundi tia, in potentia erant maximi, ꝛ in diabolica ꝯsutia, ꝛ diuersi fuerunt alumni Donati. Unde Donat⁹ apd̄ Carthaginē Donatistaꝝ ep̄s, dicebat ꝙ veꝝ baptisma nisi in sua cōione dari non poterat. et. 23. q. 4. c. displicet, de isto Donato d̄r, ꝙ cū esset capt⁹ a Christianis, obiecit Augustino, ꝙ nemo debet capi, ex q̄ dedit deus homini libeꝝ arbitrium. Hi vocant̄ Rome Montenses: ad hanc heresim ꝑtinent Circūcelliones, hi dicunt̄ etiam Parmenianiste. Et Cyprianus Carthagineñ ep̄s ꝯtra Donatum ꝛ Nouatianū diuersos tractatus ꝛ ep̄las fecit. Unde Donatiste ex ambitione ꝛ inuidia insurgentes ꝯ Cecilianum contra quē non p̄ualuerūt, quasi totam Africam suis deceptionibus sepauerunt ab vnitate eccīe catholice, scisma facientes, ꝛ mēdose Ceciliano crimina imposuerunt, que ꝓbare nequeuntes, a iudicibus falsarij reprobati scisma ꝑtinaciter in heresim verterunt. Et Leo papa in ep̄la ad impatorem Constantinū: Donatiste in sola Grecia orthodoxam eccīam iactabāt.

Item Hiero. in li. de viris illustr. Extant Donati ad suam heresim ptinentia multa opuscula, est liber de spūsancto Arriano dogmati ꝯgruens, sed vt dt Hilari⁹ in epl'a ad Donatū diaconū: Ubi queso sunt cōmenta Donati, reuera ammodo non comparent.

¶ Dositheus, vnde ⁊ Dosithani heretici, vn⁹ fuit de adulterinis ⁊ primis corruptoribus fidei, qui et connumerat̃ inter p̊mos pseudoapl'os. Hieroñ. contra Lucifer. Dositheus Samaritanoꝝ princeps, ꝓphetas repudiauit.

¶ Dulcinus Nouarieñ tpe Clementis quinti, et Henrici septimi impatoris, anno. 1034. veterū ⁊ nouoꝝ erroꝝ inuentor. Et Clemens q̇ntus misit inq̇sitores Ord. Pred. ꝯ eum, ⁊ crux p̄dicata est ⁊ indulgentie date ⁊ exercitus missus est cum Apl'ico legato, qui ip̄m ⁊ suos ꝯplices in Alpibus positos ptim ⁊ inedia ⁊ frigore, ⁊ ptim in armis oppressit, ⁊ Dulcinus capit̃, ⁊ cum Margareta vxore sua heretica ⁊ ꝯplicibus ꝯbusti fuerunt, prius tñ membratim concisi: ⁊ ep̄s Permensis ⁊ frater Manfredus Ord. Predicatoꝝ inquisitor, duas epl'as Dulcini hereticales ꝯdemnauerunt. Ueꝝ hec pestis omnino deleri non potuit, sed in tridentinis montibus, vbi Dulcin⁹ sue heresis initium dedit, manserunt alieq; eius reliq̇e, ⁊ tales vocant̃ Dulcini vel dulciniste. Hi ad sex milia vtriusq; sexus sub specie charitatis simul habitare docuerunt, ⁊ in montibus habitantes in oēm luxuriam ꝓlabebant̃, que pest; duobus annis multos impugnauit, ⁊ ipsius Dulcini scelera ⁊ penas in inferno meritas dantes, ꝯtemporaneus eius in suo tract. de inferno meminit. Et illud Osee. 4. intelligi p̄t de ista secta immundissima: qm̄ ipsi cum meretricibus ꝯuersabant̃, ⁊ cum effeminatis sacrificabant. Heretici enim clādestinis conuenticulis coeunt, vt errori suo reuerentiā, quam ex ratione non valent, p̄beant

ex occultatione. Et Hieroñ. super illud Osee. 6. In domo Israel vidi horrendū, dicit: In domo hereticoꝝ videt horrendum cum magistris fornicantibus populus seductus pariter sordidat.

¶ Durandus de waldach in ptibus Arragonie, tpe Johannis. xxij. cum quodam sue complice dogmatizauit hereses certas, ꝛ qđ matrimoniū nō est nisi occultum meretriciū. Tandem p̄sente dño Jacobo rege Arroganum eius hereses fuerunt dānate per ep̄m Gerundensem ꝛ Arnoldū Burgeñ inq̄sitorem, ꝛ ipsi vt impenitentes fuerunt combusti.

Ebionite vel Ebione vel Ebiones vel Ebionei dicti ab Ebione, anno. 84. sub Domitiano Cesare ꝛ Cleto papa, dicūt Paulū apostatā leg̃, ꝛ Christum tantum per profectum solum virum iustum putant, id est, Christum tantummodo hominē dicunt, ꝛ tenent euangelium vt legem carnaliter, et obseruant circūcisionem ꝛ cetera legalia. De his fit mentio in legenda sancti Philippi, qui illaꝫ heresim in Asia extinxit. Et Ignatius ad trallianos: Fugite illos hominis diabolici cultores Ebionitas quos maledictos Hieremias propheta asseruit: Maledictus qui cōfidit in homine. s. tantum, ꝛ a deo recedit cor eius, cap̄. 17. Et huic heresi Epiphanius Samseos ꝛ Elceseos ita copulat, vt sub eodē numero tanquam vna sit heresis ponat, aliquid tamen interesse significans. Hieronymus in de ecclesiasticis scriptoribus: Johannes nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asie episcopis, maxime contra Ebionitarum dogma, tunc consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: vnde etiam cōpulsus est diuinā edicere natiuitatem. Et Hieroñ. super Esa. 1. simul arat in boue ꝛ asino. Ebion dignus pro humilitate sensus paupertate nominis, qui sic re

cipit euangeliū vt Iudaicaꝝ supstitionū, qui in vm-
bra ꝛ imagine p̄cesserunt, cerimonias nō relinquat.
Et idem in libro in Esaiam: Iudaici erroꝝ heredes
Ebionite, qui pro humilitate sensus nomen pauperū
susceperunt, omnesq; mille annorū delicias prestolā
tes ꝛ equos ꝛ quadrigas ꝛ lectos ꝛc. sic intelligūt vt
scripta sunt.

¶ Elpidius hereticus, de quo sic Hiero. ad Cte
siphontē aduersus Pelagianos: In Hispania Aga-
pe mulier Elpidium virum cecum ceca duxit ī foue-
am, successoremq; sui Priscilianum habuit zoroa-
stris magi studiosissimū, et ex mago ep̄m, cui iuncta
Galla non gente, sed nomine, germanam huc illucq;
currentem alterius ꝛ vicine heresis reliquit heredē.
De peste autem Agapetarū quomodo introiuit ec-
clesias, habet idem Hieronym⁹ ad Eustochium de
cust. virg. De hoc s̄ in Agapetis.

¶ Echibos sophista Constantinopolitanus, de
quo dicitur in sexto libro histo. tripar. capite. xxviij.
Plurimi quidem non recta mente Christianum ha-
bentes nomen, quippe pecunias ꝛ honorem presen-
tem ꝛ fecilitatē vere fidei preponentes, ad sacrificio
rum scelera descenderunt, quoꝝ vnus fuit Echibos.
Is enim mores imperatoꝝ sequens sub Constantio
feruentissimū se finxerat Christianū. Sub Iuliano
celeriter paganus effectus est. Et rursus post Iulia
num volebat esse Christianus, prosternens se an̄ ia-
nuas ecclesie pronum, magna voce clamabat: Con-
culcate me sal insensatum. Dicit aūt hereticus sal in
fatuatum, qd̄ proiectum est foras ꝛ ꝯculcatur ab ho-
minibus: quo quid vilius ꝛ magis contemptū?

¶ Eriani, hi sunt Arriani, de quibus s̄.

¶ Etius diaconus ordinatus a Leontio Antio-
chene eccl̄e p̄sule, Arrianus fuit: quō aūt a diacona-
tu depositus est ꝛ ab eccl̄a factus extraneus ꝛ excō-

municatus in synodo Constantinopolitana, vide in quinto libro hist.tri.ca.42.

¶ Eligius hereticus apud Cameracum, alij gangaricũ, astutus, timẽs comburi a Fratribus Pred. se obsessum fingit, et ad sanctum Ancardum ligatur in hasta ab amicis, vt omnes homines reputarẽt eũ furiosum. Quidam clericus obsessus, diuina manu solutus, colligens in nocte circa hereticum ligatum stramina, et ignem de lampade sumens, incendit cumulum straminum. Hereticus clamat, custodes experrgefacti, ignem extinguere nitebantur: sed clericus arrepto gladio omnes abegit, hereticus combustus est, diuino iudicio exacto, Clericus a demone liberatur. Nota hic malitiam demonis, hic prodit maleficum, et infra defendit hereticum Guidonem de Lacha. August. j. de ciui. dei. ca. j. Multi in eam scz ecclesiam tantis tanq multis beneficijs redemptorum exardescũt ignibus odiorum, ingrati sunt, vt hodie contra eam linguas mouerent, nisi ferrum hostile fugiẽtes in sacratis eius locis vitam, de qua superbiũt, inuenirent. De hoc Eligio in. 2. lib. Apum versus finem.

¶ Elchesaite, vel scdm Epiphaniũ Elcesai, et Augustinus Elceseos et Samseos: a quodam pseudopropheta dicit esse deceptos, qui vocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres tanq deas ab eis phibet adoratas. Et hi de scripturis sanctis refutant, et vtũtur testimonijs de nouo et veteri test. quibus volũt, et Aplm Paulum ex integro respuunt: et asserunt, q in persecutionibus siquis negauerit fidem, nihil criminis habeat pro eo, is qui fixus est ĩ corde suo talia si ore negauerit p necessitate, corde tñ in fide pmaneat. Sed dicit Aug⁹ super Psal. 118. Pactum dei nõ obseruauerit, qui psecutionẽ non tolerantes, a testimonijs dei negando declinauerunt. Et libellũ quendam circũferunt, quem dicunt de celo lapsum, cuius

v̄ba siquis audierit, remissionē accipiet peccatorū, aliam p̄ter illam q̄ Christus dedit.

¶Euagrius Ponticus Hipbarita heretica scri psit, vt patet in li. suo ad v̄gines. Itē ad monachos ꝛ ad v̄ginē, cuius nomen nigredinis testatur, in quo perfidie tenebras exarauit ꝛ in alijs libris, vt scribit Hiero. cōtra Lucifer̄.

¶Eraclite, ab Eraclio exorti, monachos tm̄ re-cipiunt, cōiugia respuunt, regna celoꝝ paruulos ha-bere non credunt scꝫ Isi. ꝛ. 24. q. 3. quidam. Eracli-te in primo articulo peccant, quia deus non est ac-ceptor personarum. In secundo similiter, quia con-iunctio matrimonialis est iuris naturalis. In tertio peccant contra illud Euangelij: Dimittite paruulos ad me venire.

¶Elpulius senex hereticus, dixit nullam vtilita tem ex sancto baptismate baptizat̄ꝭ accidere, sed so lam orōnem studiosam inhabitantē demonē effuga-re. Dicebat īsup vnumquēq̄ nascentium a p̄genito re suo sicut naturam, sic etiaꝫ demonū trahere famu latum, ꝛ expulsis p̄ illam orationē studiosam spm̄ san ctum aduenire, ꝛ sensibil̄r ꝛ visibil̄r suam designare p̄ntiam. Atq̄ corpus passionibus motum cuiuslibet eripere, ꝛ animam a mala voluntate penit⁹ liberari, ita vt nequaq̄ decetero egeat neq̄ ieiunio macerā-te corpus, neq̄ doctrina refrenante ꝛ p̄gredi doctri na libenter edocente. Non aūt solum q̄ hoc impetra uerit corpis exultationibus liberat̄, sed apte etiā fu tura p̄uidet ꝛ sanctā trinitatē oculis cernit. Hūc au tē Flauianus laudabilis p̄sul Antiochenus fetidissi mū effodiēs fontē ꝛ eius pocula cunctis examinan-da p̄ducens, Infelicissime ait seni, vetustissime die-rum maloꝝ, increpauit te os tuū, ꝛ nō ego, labia eīn tua testant̄ aduersum te. Hec. 7. li. hist. tri. ca. 11.

¶Eleusius Cyzici, qui p̄erat ecclesie Macedo

nianorum, et cum eo triginta sex eiusdem sequaces quos cum imperator Theodosius et episcopi partis eius numero centum quinquaginta laborarent ut unirent ecclesie. At illi eius monita apertaque conuitia paruipendentes, elegerunt se qui potius Arrianam pestem, quam consubstantialem dicere trinitatem. Hec fatentes de Constantinopoli sunt egressi, et scribebant alterutris ne quis eorum in Niceni concilij dogmate consentiret. Ex. 9. li. tripar. hist. c. 12.

¶ Elimas a fide relapsus, effectus maleficus ut Simon magus. Est enim binomius dr Bariesu .i. filius Jesu, et sic secundum Bedam corrupte legitur Bariehu. Dicitur Elimas quod interpretatur dei mei mensura vel census: sic enim faciebat se vocari ut crederetur nuntius dei. Et aduersabatur Paulo, quia Sergius Paulus proconsul qui conuersus fuit ad predicationem Pauli, et eum audire et verbum dei desiderabat. Act. 13. Sed Elimas resistebat querens auertere proconsulem a fide. Paulus autem repletus spiritu sancto, intuens in eum dixit: O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitie, non desinis subuertere vias domini rectas: et ecce nunc manus domini super te, et eris cecus et non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo et tenebre. De hoc. 45. dist. c. Cum b. Paulus illum magum corporali cecitate damnauit. 23. q. 4. c. quod Christus. Sic Paulus dum a suo contemptu pia admonitione et multimoda commendatione sui, Corinthios magum illum Elimam qui credituros a fide retrahebat cecitate percussit, ut ceteri perterriti predicationem eius non impedirent, sed in Christum credentes, anime cecitatem effugerent. Et glosa. 1. Petri. 3. Utilius fuit Tobie percuti cecitate sine culpa, ut probaretur eius patientia, quam Elime mago qui pro perfidia percussus a creditorum dementatione remouetur, et eterne ultioni preparatur. Postea autem recepto visu, obstinatus permansit. Et Barnabe apo

stolo valde restitit in Cypro.

¶Emeritus in Cesariensi Mauritanie ciuitate epūs, p̄cipuus secte Donatistar̄ disponsor, quem occasione quadam venerabilis memorie Augustin⁹ reperiens cum aliis epis sedis apostolice disputatione superauit, gesta apud Carthaginem continentur inter episcopos confecta, de hoc Possidonius in vita beati Augustini.

¶Enchidie, hi heretici nolunt manibus laborare, & sunt complices Turilupinorum: de quibus infra. & Augustinus in lib. de here. dicūtur Enchite, opinari monachis non licere sustētande vite sue causa aliquid operari, atq; ita seipos monachos profiteri, vt omnino ab operibus vacent. Idem refert Cyprianus in opere suo de here. Damascenus in lib. primarū heresum: Enchite dicunt, q̄ neq; baptisma pficit hoiem, neq; diuinorum mysteriorum assumptio purificat animam, sed sola apud eos exercita diuina oratio.

¶Eluidiani, ab Eluidio nuncupati, vel Heluidiani cum aspiratione: contra quem Eluidium Hieronymus librum scripsit, qui docuit quod beata virgo post partum non mansit virgo, sed fuit per Ioseph corrupta. Et beatus Thomas tertia parte. q. 28. art. 3. absq; omni dubio detestandus est error Eluidij, qui dicere presumpsit m̄rem Christi post partum a Ioseph esse carnaliter cognitam & alios filios genuisse: quod reprobatur. 27. q. 2. genuit. & de verbor. sig. c. Ioseph. Quere s̄ in Antidicomaritis.
Hoc enim Christi p̄fectioni derogat, & iniuriam facit spirituisancto, cuius sacrarium fuit vter⁹ v̄ginalis, derogat dignitati & sanctitati m̄ris dei & ipsi Ioseph tanta p̄sumptio imputaret, derogat quoq; illi q̄d Ezech. 42. dr: Porta hec clausa erit & non aperietur, & vir non transibit p eam, qm̄ dn̄s de⁹ Israel ingres-

sus est p eam. Aug. in li. de here. Mirum istos ꝑter-
missos Eluidij nomine Antidicomaritas Epiphani
us appellauit.

¶ Euphrata eps Colonien. sed insania Arrij in-
fectus, nec oues eum seq̄bātur: quem ab epatu de-
posuerunt quatuordecim epi, vicꝫ Maximinꝰ Tre
ueren. Ualentinus Arelaten. Donatianus Cabello-
noꝝ, Seuerinus Senonensis, Optatianus Cercas-
sinus, Jessis Nimitini, Uictor Uangionū, Ualeria-
nus Altisiodorensis, Simplicius Augustodinēsis,
Amandus Argentoracensiū, Justinianus Rauraco
rum, Eulogius Ameganoꝝ, Seruatius Tungerē.
Discolius Remoꝝ, qui vna sn̄ia dixerunt: Quia Eu
phrata ausus ē Jesum Christum negare deum esse,
ideo non esse dignum epatu, sed deponendū, ꝛ in lo-
cum eius instituerunt sanctū Seuerinū Burdegal.
doctorem vite ꝛ hereticoꝝ malleum. Nemo em̄ ma
gis ecclesiasticus ē q̄ꝫ qui nunq̄ꝫ hereticus fuit scd̄m
Hieron. ad Theophilum. ꝛ. j. q. j. c. fert. Uulnerato
pastore, quis curādis ouibus adhibet medicinam,
aut quō ppl'm orōnis iaculo tueat, qui iaculis hosti-
um sese ferēdū exponit, aut qualem fructū de se pro-
ducturus est, cui graui peste radix infecta?

¶ Eudoxius Arrianus, quo suadente Gothi Ar
riani facti sunt, octauo li. hist. tri. c. 13. qui ꝛ sua peste
Germantiā corrupit, fuit em̄ eps Germanice, q̄ est
ciuitas Syrie, ꝛ vt dicit venerabilis Beda. 4. lib. de
gestis Angloꝝ. ca. 18. post ꝯcilium Nicenū cōgrega
ta fuit in Anglia synodus, que gloriose approbauit
ꝛ acceptauit cōdemnationē heresum Arrij, Mace-
donij ꝛ Eudoxij. Hic nota ꝙ scd̄ꝫ Hiero. 23. eps An
tiochie post Paulinū Eustathius ordinat eps, quo
in exilium ob fidem truso vsq̄ꝫ in pn̄tem diem Arria-
ni ecclīam occuparunt, Eulabius, Eupharnius, Pla
cillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meleti-

us, Euzoicus, Dorotheus, rufus Meletius, quorum idcirco tēpora nō digessi, eo q̄ hostes potius Christi q̄z ep̄os iudicē. Itē Eudoxiani vel Arriani .i. qui contra sp̄ūsanctū pugnant, damnant in secunda synodo vniuersali Constantinopol.

¶ Euphenite, hi hn̄t vnam z eandē sectam z heresim, scd̄z Epiphaniū cū Psallianis, q̄re infra.

¶ Eucratici dicti, qui carnē abominantur, anno 175. sub M. Antonio impatore z Aniceto papa, z a Taciano, Eucrates, Bardesanes, alterius hereseos p̄nceps notus efficit, z ɔcordāt cum Tacianis. z. C. de here. appellantur Eucratiste. Euse. cesa. lib. 4. Musani fert libellus multa elegantia scriptus ad quosdam fr̄es, qui declinauerunt ad heresim Eucratistaꝝ nup exortam, cuius autorem extitisse Tacianū sermo asserit, vel dicunt scd̄z Aug. Eucratite.

¶ Eusonius ep̄s lepra Arriana infectus, dixit q̄ filius nō est similis patri scd̄z substantiaz, neq̄z ver⁹ ē, neq̄z vera eius sapia, neq̄z veꝝ naturalr̄ patris verbū ē. 1. li. hist. tri. c. 13. Hunc Alexander magnus ep̄s priuauerat diaconatu. 2. li. hist. tri. c. 48.

¶ Euticius dogmatizauit q̄d alius hō moritur, z alius resurget: z q̄d inuisibile z inpalpabile corpus futuꝝ sit, ɔtra illud Job. 19. Quem visurus sum ego ipe, z oculi mei cōspecturi sunt z nō ali⁹. In quo expresse indicat ꝟitatem resurrectiōis, z prauoꝝ facta redarguit. Vide in glo. dicti ca. Job.

¶ Euticiani l' Euticete siue Euticianiste. C. de here. l. q̄cunq̄z. vel Euticiuste. l. Arriani. dicti ab Euticete constantinopol'. abbate, qui christum post humanā assumptionē negauit existere de duabus naturis, sed in eo solaz diuinā asseruit esse naturā, de quo dicit Beda in homil. sup Marcū. c. 8. In hac lectione ɔsideranda est in vno eodēq̄z redemptore nr̄o distincta opatio diuinitat z humanitat, atq̄z Eutice

tis error q̄ vnā tm̄ in Christo opationē dogmatizare p̄sumpsit procul a Christianis finibus expellendus. Et Boetius in li. de duabus naturis eandē heresim reprobat, ꝛ q̄rta synodus Calcedoneñ sub Martiano p̄ncipe Euticerē ꝯdamnauit dist. 15. canones. Et Marcellus martyr Anticyranus ep̄us multa aduersus Euticetem Grecum scripsit volumia, ꝛ Prosper ep̄s Aquitonicus diuersas ep̄las, ꝛ ꝯtra eundē Genadius sex libros scripsit. Anno. 444. sub Martiano impatore ꝛ Leone. 1. Mochimus Mesopotamius apud Antiochiam presbiter scripsit aduersus Euticetem egregium librum. Et. C. de episcopis et clericis. l. Quoniam: Aboleatur Euticetis damnosa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio releuetur.

¶ Eunomiani ab Eunomio dialectico Aetij discipulo, q̄ sophisinatibus ꝯ deum locut⁹ est, inq̄ens: Deus de substantia sua nihil nouit amplius q̄ꝫ nos. Dissimilē patri asseruit filium, ꝛ filio sp̄m̄sanctū, hic impietatis cumulo auxit Aetij blasphemias, multa ꝯ fidem nr̄am scripsit, ꝛ disputando legis sectatoribus suis dedit, vir animo callidus, anima ꝛ corpe leprosus, de quo Euse. li. 4. ꝛ in hist. tri. li. 5. ꝯ quē disputat magister sen. in. 1. dist. 6. ꝛ Augu. 16. de tri. ꝛ dicit de her. ꝙ adeo bonis fuit moribus inimicus, vt asseueraret ꝙ nihil cuiq̄ꝫ obesset q̄rūlibet ꝑpetratio ac pseuerantia peccatoꝝ, si huius q̄ ab illo dicebāt fidei ꝑticeps esset, ꝯ quē Basilius elaborauit īsignes libros, ꝛ sil̄r Gregorius Nisenus frater b̄ti Basilij, sil̄r ꝛ Gregorius Nazian. duos li. scripsit. Eunomiani dicunt̄ etiam Annomiani. i. sine lege ꝛ cōdemnati sunt in sc̄da synodo vniuersali Cōstantinopol̄.

FAustus Manicheus fuit, de Chr̄o asseruit q̄ꝺ nasci nō potuerit nec mori, ꝛ contendit dicere Chr̄o ex ꝟgine natiuitatē nullā, ꝛ mortē ei⁹ in

cruce falsam fuisse, ꝯ quē Aug⁹.33.libros scripsit, et oīa opa ei⁹ sunt apocripha.di.15.sctā Romāa. Faustus iste maximus heresiarcha, q̇ legē veterē ꝛ prophetas blasphemauerat, ꝛ deum veteris testamenti malū eē dicebat, ꝛ fuit Afer.

¶ Felix Manicheus, q̄uis esset artibus liberalibus ineruditus, erat tñ ꝓsutior Fortunato, q̇ ad ciuitatē Hipponēsem accessit, ꝛ ibi suos disseminauerat errores, sed Aug⁹ biduo in eccia pñti ppło dispu tauit, ꝛ eum conuicit, ꝛ duos libros ꝯ eum scripsit. Hic Felix dixit ꝙ Manicheus fuerit apl's Christi, de ꝓmissione spūssancti multū errauit, ꝛ dixit terraꝫ deo coeternā.

¶ Felician⁹ Arrian⁹, cōtra quē disputauit Aug⁹ ꝛ librū cōtra eū scripsit, asseruit ꝙ magis rōnibus q̄ꝫ scripture testimonijs in fidei disciplina agendū sit, ꝛ negauit homousion.i.ꝯsubstantialitatē pr̄is ꝛ filij, ꝛ ꝙ filius non sit patri coeternus, ꝛ ꝙ sit creatura. Et Aug⁹ argumenta ei⁹ tangit ꝛ soluit in decem ꝛ octo ca.

¶ Feliciana heresis, a quodā Felice autore, que ꝯdemnaꝛ anno.784.sub Constantino sexto ꝛ Adriano.1.hec heresis dixit Christū esse filium dei adoptiuum, sed vt dicit Amb.li.de incar. adoptiuum filium non dicimus filium esse natura, sed eum dicimus natura esse filium, qui vere est filius, sed Chr̄s ver⁹ ꝛ naturalis dei est filius Mat.16.ꝛ.1.Jo.vl. Et predicta heresis posuit in Christo duas hypostases, de hoc btūs Tho.3.pte.q.23.ar.4. Ista heresis nitebatur ab ecclesia auferre sanctorum imagines, ꝛ in cōcilio Francfordensi in Mogono fuit damnata, ī quo concilio legati sedis Apostolice presidentes fuerūt, Theophilactus ꝛ Stephanus episcopi.

¶ Flaccitas Arrian⁹ ꝛ blasphem⁹, młta opa im

pietat̄ꝫ ⁊ iiustitie dogmatizauit: silr ⁊ Steph. ⁊ Leonti⁹.5.li.hist.tri.c.32.

¶ Flagellantium heresis fuit circa tp̄s concilij Lugd.in Italia ortum habuit,⁊ in Almaniã ⁊ Galliam ꝓgressa bifarie, q̄ se nodosis flagellis, in quib⁹ aculei inserti erant, flagellabant ad ostentationē, ex qua secta multi graues errores pullulabant in plerisqꝫ locis, circa fidem ⁊ sacr̄a eccie: q̄ postremo in pte igne ⁊ gladio exterminata fuit. Dicit Jo. Gerson in trac. ꝯ sectam illoꝝ: Taliter se flagellantes nō curāt de sacr̄o ꝯfessiōis ⁊ pnie sacramentalis, dicentes ꝙ hec flagellatio potior est ad delendum pctã, q̄ꝫ quecunqꝫ ꝯfessio, imo equiparant vel ꝑponūt martyrio, qm̄ facimus, inquiunt, vltro fundendo sanguinē pro prium q̄d ab alijs martyres pati cogebant̄. Dicit autor wandalie li.8. secta Flagellantiū vehementer increuit ꝑ ꝓuincias, incertū quo autore primū institu ta, nisi illo qui ceteris non vigilantibus tradit̄ euangelio supseminasse zizania. Homies isti rudes erāt, cruces in veste ꝑferebant, ad vrbes gregatim ibant tristes ⁊ mesti, liuientes ex crebris ictibus scapulas ꝑtulere, neminē rogabant aliquid, oblata sponte sumebant. His tñ religionis signis vitia tegebāt ⁊ alebant occulte. Aliqñ a duobus fratribus Ord. Pred interpellati, quid nemine mittenti docere ⁊ ꝑdicare ꝑsumerent: indignati in eos inuehunt̄, ⁊ cum ali⁹ sua fuga vix cōsuleret, velocissimus fretus pedib⁹, aliū lapidibus obruerunt iuxta Mosam.

Quinq̄ginta articuli Hereticoꝝ de secta flagellantiū ex.4.libro de consolatiōe eccl̄ie.

Primus articulus est, Qꝫ secta crucifratrum, q̄ ad 40. annos vel circa, semetipsos flagellando, cum cãtu per mundum transiuerunt, originem habuit ex q̄busdam literis quas angeli sancti Rome sup altare beati petri de celo portauerunt.

Secundus, q ante.lx.annos, cum seipsos flagellādo crucifratres transiuerunt, deus papam Romanum z alios episcopos ceterosq prelatos z sacerdotes, ne deinceps populo in spiritualibus preessent, licentiauit, z omni autoritate ligandi et soluēdi aut quascūq eos consecrandi eosdem simpliciter priuauit.
Tertius, q sicut in expulsione negociator de tēplo propter sacerdotum malitiā Christus repudiauit z abiecit sacerdotium iudaicum: Ita in transitu crucifratrum propter presbyteror nequitiam deus licentiauit z abiecit sacerdotiū euangelicū.
Quartus, q post transitum crucifratrum ecclesie, et cimiteria, aqua, sal, cineres, oleum, z crisma, ac cetera huiusmodi sacramentalia debuerūt z debent pro non sacramentalibus haberi, qr p nullum sacerdotez potuerunt consecrari.
Quintus, Post transitum crucifratrum ecclesie materiales fuerūt z sunt non nisi congeries lapidū publice domus peccatorum z spelunce latronum.
Sextus, Sacerdotes, baptismum aque z alior sex sacramentor legē predicando, docentes, sunt seipos cū populo eisdem credente spiritualiter occidentes.
Septimus, q claua mortificationis est aspersorium aque benedicte, et scintille infernales sunt aspse cū ipso eiusdem aque gutte.
Octauus, q tota diuini officij in ecclesia decātatio non debet sanctius quid reputari q̄ canum vlulatio.
Nonus, in transitu crucifratrum lex baptismi aque deponebatur a deo, lex baptismi proprij sanguinis instituebatur.
Decimus, Quando Christus in cana Galilee circa finem nuptialis cuiuij aquam albam in vinū rubeū mutauit, designauit, q circa finem mundi baptismus aque in baptismū sanguinis mutari deberet.
Undecimus, q sicut vinū rubeum pre oīni vino pus

posito conuiuantibus magis placuit ꝛ commendaba tur, Ita noua lex baptismi sanguinis pꝛe cunctis an te datis legibus adeo gratissima acceptabiť.
Duodecimus, ꝙ post transitum crucifratrū nemo po tuit saluari, ꝛ verus existere Chꝛistianus, nisi in pro pꝛio sanguine cū flagello de coꝛpoꝛe suo excusso ba ptisareť, ꝛ flagellatoꝝ esset consectaneus.
Tertiusdecimus, ꝙ sacramentū confirmationis pro nullo ꝛ pro trufa debet reputari, qꝛ non crismati Ju dei ita bene barbas habent ꝛ animas sicut illi qui se a sacerdotibus faciunt ꝯsecrari.
Quartusdecimus, ꝙ sacraꝝ oꝛdinum sacramentum vna cum sacerdotio ꝛ sacerdotibus est a deo simpli citer abiectum ꝛ ꝯtemptum.
Quintusdecim⁹, ꝙ deū ꝛ coꝛpus Chꝛisti non ꝯtinet sub se realiť altaris sacramentum.
Sextusdecimus, ꝙ si hoc esset verum, ꝙ in sacramē to esset veraciter Chꝛistus, deus diu esset deuoꝛat⁹, etiam si esset mons ingens magnus.
Decimusseptimus, ꝙ sacerdotum auaritia totum sic sibi substrauit mundum, ꝙ tam care vendūt homini bus panem tantillum cuiusmodi est hostia, pꝛo q̄ ad minus volunt habere denarium.
Decimusnonus, ꝙ si Chꝛistus est veraciter in altarꝫ sacramento, tunc Juda traditoꝛe, qui eundem Chꝛi stum dedit pꝛo triginta argēteis, sacerdotes moder ni peioꝛes existunt, qui Chꝛistum pꝛo vno denario vendunt.
Uigesim⁹, Altaris sacramētū nō est nisi kuckuck sa(cerdotū.
Uigesimuspꝛim⁹, ꝙ ad moꝛtalium peccatoꝝ remissi onem nō opoꝛtet ꝙ quis sacerdoti facit ꝯfessionem.
Uigesimussecundus: Qui sacerdoti ꝯfiteť, nō plus mundicie acquirit, q̄ꝫ qui sui lutoso se allidit.
Uigesimustertius, ꝙ omnia peccata, quantumcūqꝫ interioꝛibus enoꝛmia, tollit sola pꝛopꝛij coꝛpoꝛis fla

gellatio spontanea.

Vigesimusquartus, ꝙ omnes indulgentie sunt penitus nulle, a quocũqꝫ date, ⁊ cũ sacerdotio reprobate.

Vigesimusquintus, ꝙ benedictiones sacerdotum et cetere solennitates ecclesie, sacramentum matrimonij non extollunt ⁊ dignificant, sed magis ipsum depmunt ⁊ deturpant.

Vigesimussextus, ꝙ magis ꝯfert infirmantiũ saluti i corpore recent flagellato mori, ꝙ̃ integra olei libra per sacerdotẽ in extrema vnctione perfundi.

Vigesimusquintus, ꝙ vestis nuptialis, que se indutã dignificat superni regis ꝯuiuio, est cutis recent vulnerata cum flagello.

Vigesimusoctauus, ꝙ post inceptã flagellatoꝝ legẽ nemo beatitudinẽ celi intrat, nisi quẽ spõtanea flagellatio vsqꝫ ad eruptionẽ sanguinis vulnerauit.

Vigesimusnonus, ꝙ post inchoationem secte flagellatorum nullus more Romane ecclesie septem sacramenta percipere pc uit, qui in ipsorum perceptione mortaliter non peccaret.

Trigesimus. ꝙ loco predictoꝝ septem sacramentoꝝ in ista vltima lege flagellatoꝝ omni Christiano pplo instituta est sola proprij corporis, in memoriã passionis Christi, spontanea flagellatio.

Trigesimusprimus: Postqꝫ flagellatores per mũdũ primo transiuerũt, nulli hoĩes passioni Christi grati ⁊ vere Christiani fuerunt, nisi qui in flagellatorum secta extiterunt.

Trigesimussecundus, ꝙ sacerdos ⁊ leuita, q̃ Chr̃m inter Hierusalẽ ⁊ Hiericho a Judeis vulneratũ non compatientes transierunt, sunt moderni p̃sbyteri, ⁊ credentes ipsis ppli, passionibus Christi ingrati.

Trigesimustertius, quod samaritanus, qui eundem Christum vulneratum iumento imposuit, ⁊ duos denarios pro eiusdem cura protulit, est secta flagella-

torum, que iam sola Christum passum in humeris propriis portat, et cum denario dominice orationis et observantie decem mandatorum curat debite et honorat.
Tricesimusquartus, quod antichristus diu regnauit et regnat, et quotidie imminet dies iudicij, quia Helyas et Enoch iam in mundo apparuerunt, et diu sunt mortui.
Tricesimusquintus, quod antichristus, qui diu iam regnauit, sunt prelati, presbyteri, qui antichristi sunt et dicuntur, quia sectam flagellatorum infestant et persequuntur.
Tricesimussextus, quod Helyas iam mortuus est, qui fuit quidam Begardus, qui ad.48.annos propter heresim combustus est in Erffordia.
Tricesimusseptimus, quod Enoch, qui iam de seculo diu migrauit, fuit Conradus smet, qui hereses supradictas primus in Thuringia publicauit.
Tricesimusoctauus, quod deus in principio omnium hominum animas simul creauit, et cum primo homine in paradysum collocauit.
Tricesimusnonus, quod quotienscunque fetus humanus in vtero matris animatur, anima de paradyso per angelum adducitur et fetui inspiratur.
Quadragesimus, quod cum Begardus supradictus et Conradus smet etiam prefatus in maternis visceribus existentes animari debuerunt, angeli de paradyso venientes, vni Helye, alteri Enoch animam infuderunt: et sic Helyas vnus veraciter extitit, et Enoch realiter alter fuit.
Quadragesimusprimus, quod in die nouissimo non vnum per Christum, sed septem vel octo per diuersos iudices sedebunt iudicia.
Quadragesimussecundus, quod vltimum iudicium in die nouissimo non sedebit Christus, sed Conradus smet flagellatorum heresiarcha.
Quadragesimustertius, quod quamuis omnia iuramenta qualitercunque fiant sint peccata mortalia, eligibilius tamen est

flagellatores coram inquisitoribus iurare, ꝛ multa
cōmittere periuria, ꝙ̄ se ꝛ sectam ꝑdere: q꞉ possunt
iuramenta ꝛ periuria postmodū cū flagello expiare.
Quadragesimusquartus, ꝙ post hanc vitam non est
aliquod animarum purgatoriū, quare defunctos nō
iuuant suffragia viuoꝝ.
Quadragesimusquint⁹, ꝙ exequie ꝛ vigilie defun-
ctoꝝ ad nihil aliud valēt, nisi ꝙ sunt aliquale solatiū
viuoꝝ, ꝛ ꝙ replēt marsupia clericoꝝ.
Quadragesimussextus, ꝙ crucem Christi ꝛ imagi-
nes gloriose virginis alioꝝ́q; sanctoꝝ nullus debet
adorare, q꞉ in ipsoꝝ adoratione cōmittit ydolatria.
Quadragesimusseptimus, ꝙ solum omnes dies na-
tiuitatꝫ dn̄ice Christi, Assumptionis virginis glīose
sunt celebrande secrete ꝛ studiose.
Quadragesimusoctauus, ꝙ nulla que ꝑ sacerdotes
mandantur sunt obseruanda ieiunia, Sed solum vi-
gilia natiuitatis, ꝛ assumptionis virginis gloriose, et
cuiuslibet sexte ferie in anno veniētis.
Quadragesimusnonus. Dies natiuitatis Christi su-
per die veneris si veniat, cum ieiunio sexte ferie non
dispensat.
Quinquagesimus, ꝙ existentes in predicta noua fla
gellatoꝝ secta sacerdotes venerant, ꝛ ecclesie sacra
menta percipiūt, eoꝝ́dē mandatis obtemperant, et
oblationes ꝛ iura soluunt in ieiuniis quatuor tēpoꝝ,
ꝛ aliis fidelibus conformant, ꝛ sanctoꝝ imagnes et
festa colunt, solum propter hoc ne ab hominibus no
tentur, ꝛ postmodum de hoc penitentes flagello se
percutiunt.

¶ Florin⁹ in vrbe Romana gradu p̄sbyterii col
lapsus vna cum Blasco socio criminis ꝛ furoris, plu
rimos de ecclīa ī suum barathrū deducebāt, noua ad-
uersus veritatē figmēta machinantes, vt dicit Eus.
5. li. ca. 15. sed Apollinaris Hierapolites ꝯ hanc he-

resim scutū validissimū protulit. Ab isto appellātur Floriani scdm Aug. q̄ dicūt deuz creasse mala, ꝯ qd scriptum est Geñ. j. fecit deus omnia bona creasse. s. effectiue, nedum pmissiue. Et dicunt deum esse cām mali, ꝯ illud Johann. j. Sine ipso factum est nihil. i. pctm̄. Et aduersant̄ Colletianis.

¶ Fotiniani, a Fotino diacono Tessaloniceñ, vel a Fotiniano Gallogrecie Smyrne epo nūcupati, qui Ebionitaꝝ suscitans heresim, Christū ex Maria p Joseph nuptiali coitu fuisse ꝯceptum. 24. q. 3. quidam. Hic a Ualentiniano impatore expulsus fuit anno. 374. et moritur in Galatia. Et dicit b. Tho. ꝯ gen. ca. 4. Quidam puersi homines huius doctrine ꝟitatem suo sensu metiri p̄sumentes, de filio varias ꝛ vanas opiones cōceperunt, opinantes Jesum Christum puꝝ hoiem esse, ꝛ ex Maria virgine initium sumpsisse, sed per beate vite meritum diuinitat̄ honorē p̄ ceteris fuisse adeptum. Hanc positionem primo adinuenerunt q̄dam antiqui heretici, Cherintus ꝛ Ebion, quā postea Paulus Samosetanus instaurauit, ꝛ postea a Fotino est ꝯfirmata, vt qui hec dogmatizent, Fotiniani nuncupent̄. Et. 5. li. hist. tri. ca. 5. Fotinus dicebat, deus quidem oipotens, vnus qui ꝓprio ꝟbo ꝯdidit vniuersa, ante secula natiuitatem ꝛ existētiam filij dicere fugiebat, sed ex Maria natū dicebat Chr̄m: cuius dogma in cōcilio Smyrno damnatū est, ꝛ sic dicti Glo. super illud Hierem̄. 17. Maledictus hō qui ꝯfidit in homine. Maledictus ḡ Paulus Samosetanus ꝛ Fotinus, qui q̄uis sctm̄ ꝛ cunctis ꝟtutibus excelsum, Chr̄m tm̄ p̄dicant hominē, ꝯ illud ad Gal. j. Non ab hominibus, neq; p hoiem, sed per Jesum Chr̄m. Et idem hr̄ de Fotino dist. 19. c. Anastasius. Audentius scripsit ꝯ Fotinianos librum, vt recitat Gēnadius p̄sbyter Massiliensis in de ecclesiast. scriptoribus. Hic Fotinus,

secundum Cyprianum, symbolum Apostolorum infideliter explanauit, vt audientes ad argumētum sui dogmatis traheret.

¶ Fortunatian9, natione Afer Aquilegieñ epūs imperante Constantino, breui et rustico sermone in euangelia scripsit cōmētarios. Et in hoc habet detestabilis quia Liberium Ro. vrbis epm pro fide in exilium pergentē primus sollicitauit ac fregit, et ad subscriptionem hereseos cōpulit. Hec Hiero. in de viris illust. De hoc fortunatio habet Cyprian9 in libro Epistolarum, epist. 7.

¶ Fratricelli, de quibus in extraua. Johan. 22. qui incipit: Sancta Romana. Non mille, inquit, profame multitudinis viri, qui vulgarit Fratricelli seu Fratres de paupere vita, Bisochi siue Beguini, vel alijs nominibus nuncupant in ptibus Italie, necnō in insula Siciliensi etc. qui cōtra canones habitū noue religionis sumpserunt, et infra. Et quia in errorum barathrū faciliter ruunt, qui cōceptus pprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipsorum quamplurimi sicut fide digna relatiōe pcepimus, a veritate catholice fidei deuiātes, ecclastica sacramēta despiciūt, ac alios errores student multiplr seminare etc. De quorum etiam erroribus in extraua. Jo. 22. quorundā: et in alia, quia int nōnullos: et Antonino. 4. parte ti. 11. cap. 7. Nec ostenderunt aliud miraculū nisi incineratiōnē corporum. Et in. 8. li. Saxonie: Fratricelli visionē animarum sanctarum dicebant differri vsque ad nouissimū diem, cū preualeat veritas dicente Christo ad latronē: Hodie mecum eris in pa. Et in abditis locis eorum tale fiebat scelus, vt vocate et de īdustria seducte speciosiores quequi vidue vel virgines cū in antris noctu venirēt sacerdotes et eius secte clerici, clause diuinas laudes ad cōparandam fidē ex Christiano ritu cantabant. Quibus nocte media finitis, sacerdotes alta admonebant voce

binos debere masculum ꝛ feminã, spũ inuocato sancto in copulã carnalẽ commisceri. Quibus dictis luminibus extinctis, quilibet ꝓximã mulierẽ ꝓsternebat sibi, ꝛ si ex tali coitu mulier ꝯcepisset, infans genitus in speluncam deferebat, ꝛ ꝑ singulas manus trahebat tãdiu totiensqꝫ baiulandus quousqꝫ aĩam exhalabat. Jsqꝫ in cuius manibus expirabat, maximus pontifex creatus habebat. Et alia nefanda, ergo bñ dicit glo. Osee. 7. Hereticus est ve eternum, qui recedũt a creatore, ꝛ vlulãt in conciliabulis suis, que cubilia appellant quasi feraꝝ lustra, quibus libidini ꝛ stupris vacant. Et quicquid dicunt, putant se in laudes dei dicere. Ululatus est lupoꝝ ꝛ canũ insanientiũ sonitus. Et scđm Eus. de tꝑibus: Bonifacius octauus heresim eoꝝ qui se Fratricellos dicebãt damnauit ꝛ vbiqꝫ ꝑsecutus est.

¶ Fortunatus, a quo Fortuniani, de quibus. C. de here. Hic Fortunatus erat presbyter Manicheorum, qui apud Hipponem longo tꝑe fuit conuersatus ꝛ multos ibi deceꝑat, ꝛ in magna ibi erat fama, ꝯtra quem indicta erat solẽnis disputatio inter ipm ꝛ Augustinum, fuit autem questio: Unde sit malum. Augustinus dicebat ꝙ malum in homine fuit ortum ex proprio libero volũtatis arbitrio. Fortunatus autem dicebat, naturam mali deo esse coeternam, cum ꝙ ibi lõga disputatio fieret ꝛ ibi cõsul ꝛ notarij eẽnt, disputatio non fuit illa die diffinita. Sequente autẽ die conuenerant ꝛ fortunatus publice est confusus, ꝛ sic a ciuitate Hipponensi discessit, ꝛ Aug⁹ ꝯtra eum librum scripsit. Et Augustinus de Fortunato sermone quinto ad frẽs in eremo dicit: Q̃m Fortunatũ ad partes occulte velut lupuꝫ iam sentio, ideo ꝯpulsus reuersus sum ad vos cupiens illum videre ꝛ cum eo pariter disputare, ꝛ illum ꝯculcare, deo auxiliante, qui totis viribus dissipare conatur, ꝛ iugulare filios

quos peperi in visceribus charitatis. Orate ꝛ nolite deficere, vt Fortunatum Manicheoꝝ presbyteꝝ sicut publice sancte Christiane fidei insidiatur, ita ꝛ nos cum suis, dei gratia coadiuuante, publice eum superare possemus.

¶ Friges sunt Montaniste vel Priscillianiste. C. de here. de quibus dicit Euse. lib. 5. c. 17. si q̄ forte inuēti fuerint cum eis de heresi Frigum, secernāt se ab eis, ꝛ respuāt eoꝝ societatē, spiritui Montani ꝛ Maximille acquiescendum putāt.

¶ Fulgentius Donatista, duo p̄ncipia ꝛ duo baptismata posuit: ꝛ ꝙ reis ꝛ pctōribus sacr̄m baptismi nihil ꝯferat, dicente Solomone: Fons vite ī manibus iusti. Quos errores ponit Aug. in li. ꝯ eundē.

bit: Post peccatū ⁊ penitentiā placere incipiunt, cū oīm fuerint peccatoꝝ sorde purgati. Et.25.di.c.q̄lꝫ: Parua miniaq̄ꝫ pctā post mortē grauāt, si adhuc in vita positꝫ minime in morte fuerint relaxata.

¶ Purgatoriū ꝯuincit rōnibꝰ. ¶ Paragraphꝰ q̄rtꝰ

Dicit.1.Petri.3. Parati semꝑ ad satisfactionē omni poscēti vos rationē de ea, q̄ in vobꝫ est, spe. Pret aūt sacrā scripturā q̄rēde sunt nobꝫ ꝓbatiōes, ꝙ purgatoriū sit. Alb.in.4. Omnibꝰ modis necesse est scd̄m oēm rationē ⁊ fidē, ꝙ purgatoriū sit, ⁊ ad h̄ multe assignant rōes ex ꝑncipiis sanctoꝝ doctoꝝ, q̄rū prima est: Ad celestē gloriā nullus potest venire cū macula, Esaie.35. Via sancta vocabit, nō intrabit ꝑ eā pollutꝰ. Et Apoca.21. Nō intrabit ꝑ eā aliq̇d coinq̇natū. Et Ansel.in li.cur deꝰ homo: Impossibile est aīam coinq̇natā paradisum intrare. Cōtingit aūt aliq̊s in hora mortꝫ aliq̇bus peccatoꝝ maculis coinq̇nari, ꝑ q̄s tn̄ eternā inferni dānationē nō merent: ⁊ tales statim post mortē nō pn̄t ꝑuenire ad illā beatitudinē, ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns eoꝝ aīe dilationē patiunt. Beatꝰ Tho.4.li.ꝯ̄ gē. Retardant aīe bonoꝝ, q̄ habēt aliq̇d purgabile in h̄ mundo, a ꝑ̄mij ꝯsecutiōe, q̊usq̄ꝫ penas purgatorias sustineāt. Scd̄a ratio, scd̄m Boetiū: Nullum malū manet impunitū: et Aug.21.li.de ciui.dei: Platonici, quāuis peccata nulla impunita volūt esse, tn̄ oēs penas emēdationi adhiberi putāt, vl' humanis inflictas legibꝰ, vl' diuinis, siue in hac vita, siue post mortē: Contingit autē aliq̊s an̄ mortē nō posse ꝑficere penā debitā ꝓ peccatis, nec est diuine iustitie ꝯueniēs, ꝙ nō ꝑsoluant. Vn̄ q̇ ꝯ̄ purgatoriū loq̇tur, ꝯ̄ diuinā iustitiā loquit; Cū eñ ecclia docet purgatoriū esse credendū, q̇sq̇s ꝯtrariū dogma ꝑtinacit asserit, omnino seipsum hereticū facit. Tertia sumit ex ꝑfectiōe diuina. Dicit 12. Metha. Primū ꝑncipiū, q̊d est deꝰ, oportet esse ꝑfectissimū: ⁊ Dionisiꝰ.4.ca.de diuinis nominibus:

De⁹ ꝑ oīb⁹ modis est ꝑfect⁹, ⁊ opa ei⁹ ꝑfecta sunt: tā si purgatoriū nō esset, dei opa nō essent ꝑfecta, q̇a essent sine iustitia, q̄ exigit vt peccata puniant̄: opor tet ḡ ꝙ ille, q̇ post ɔtritionē ⁊ absolutionē decedit añ satisfactionē, post hāc vitā puniat̄: ⁊ pena purgatorij est in supplementū satisfactionis. Sic ḡ de⁹ miseri⸗cordia sua parcit, vt iustitie sue nō fiat preiudicium. Quarta ratio: Si nō esset purgatoriū post hāc vitā, ḡ q̄ ꝑdurat vsq; ad mortē in culpa, cū nullā sustinue⸗rit penam, reportaret de malicia sua cōmodū, q̇d est manifesta falsitas: nā oīs culpa ꝑ penā reformat̄, et culpa est culpā nō punire. 28. dist. Quia sunt. Quīta ratio: Articul⁹ fidei est, ꝙ aīa Christi in morte descē⸗dit ad inferos, ps̄. 67. Ascendit in altū, captiuā duxit captiuitatē: ⁊ eccl̄. 24. Penetrabo inferiores partes terre: sed ī illo descēsu effectū passiōis Christi oñdit, nō solū liberādo aīas de lymbo p̄rm, iuxta ill'd Osee 13. Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne: et zach 9. Emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aq̄: sed etiā liberauit de purgatorio. Dicit em̄ Aug. in epi. ad Euodiū: Euidētia testimonia infernū comme morāt ⁊ dolores, nulla causa occurrit, cur illo credat̄ venisse saluator, nisi vt ab eisdē dolorib⁹ saluos face ret: nō em̄ ꝑstitit bñficia liberationis dānatis: preter eos aūt nulli sunt ī dolorib⁹ penalib⁹ ɔstituti, nisi illi q̇ sunt in purgatorio: Utrū aūt oēs liberauerit vl' ali⸗q̇s, ꝟbalit̄ discrepāt Tho. de Aq̇no ⁊ Tho. de Argē tina. Gre. aūt in Registro li. 6. inq̇t: Dñs saluator nr̄ ad inferos descendēs, solos ꝑ suā grām liberauit, qui eū vētuꝝ esse crediderūt, ⁊ p̄cepta ei⁹ viuēdo tenue rūt. Sexta ratio: Hoc ponendum est, q̇d Christianis vtile est et necessariū: sed purgatoriū est necessariū: q̇a ex ipsi⁹ notitia ex charitate studemus subuenire aīab⁹ bonoꝝ, q̇ penis illis detinēt̄. Preterea, ꝓdest no titia ei⁹, q̇a nob̄ metū incutit, ne leuiores culpas fa cile admittam⁹, ob q̄s acerbos purgatorij cruciatus

ſubeamꝰ, anq̄ꝫ pateat nobꝫ aditꝰ in celū. Et h̄ eſt ſep
tima ratio. Octaua ratio: Purgatoriū ꝯfert ſpei nr̄e: 8
ſperare em̄ poſſumꝰ admiſſa leuiora, que nō ſatis in
hac vita fleuimꝰ, ſic in purgatorijs ignibꝰ clementer
expiari poſſe, vt nihil neceſſe fuerit eoꝝ vltionē ad
gehennā reſeruari. Et ex h̄ ſeqꝛ nona ratio: Oēs pec 9
catores ſumꝰ ⁊ in peccatꝫ ꝯcepti ⁊ nati, oēs vitā pec
cabilem ducimꝰ, oēſqꝫ in peccatꝫ viuimꝰ, ⁊ forſitā in
venialibꝰ morimur: nō em̄ eſt homo q̄ nō peccet: ꝯñs
eſt, ꝙ purgatoriū aſſignādū ſit. Et ex h̄ ſeqꝛ decima 10
ratio, ſcd̄m mentē Alb. in. 4. Añ inductionē ſanitatis
in medicinalibꝰ neceſſe eſt purgari naturā ab humo
ribꝰ corruptꝫ. ſed in ethicꝫ vitia humoribus ꝓportio-
nanꝛ, ḡ etiā in illꝫ neceſſe eſt p̄cedere purgatiōes ad
ſanitatē ꝑfectā: ſed ſanitas ꝑfecta ē ſcd̄m gloriā tm̄,
q̄ excludit culpā ⁊ penā: ḡ neceſſe eſt poſt mortē pur
gationē fieri añ glīe introductionē. Undecima ratio: 11
2. ethicoꝝ: peccatoꝝ ciuiliū duo ſunt genera penaꝝ,
ſcꝫ increpatiōis actuū ciuilitatꝫ, ⁊ ꝯdēnationis ꝑpe-
tue: ḡ videꝛ, ꝙ ſiliꝛ in iudicio diuino, in q̄ aliq̄ iudicā
tur ⁊ puniunꝛ leui pena cū reſtitutione, alij ꝑpetuo
ꝯdemnantur: primi penā ſuſtinēt cū reſtitutiōe poſt
penitentiam, ⁊ vocamus purgatorium.

¶ Purgatoriū ꝓbaꝛ authoritatibꝰ ſanctoꝝ doctoꝝ,
tā latinoꝝ q̄ꝫ grecoꝝ.

¶ Paragraphus quintus.

SPiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei ho-
mines. 2. Pe. 1. Et ꝟitas a ſpū ſancto inſpiraꝛ, ⁊
in ꝟtute eiꝰ ꝓnūciaꝛ: ſed doctores ſancti mani-
feſte locuti ſunt de purgatorio: Ut em̄ Hie. ſup illud
Eſaie vltio: Ignis eoꝝ nō extingueꝛ: ꝙ purgatorius
ignis Chriſtianoꝝ ē: ſicut em̄ diaboli ⁊ oīm negatoꝝ
atqꝫ impioꝝ. i. nō credentiū credimꝰ etn̄a tormenta,
ſic peccatoꝝ atqꝫ impiorū, ⁊ tn̄ chriſtianoꝝ, q̄ꝝ opa
in igne ꝓbāda ſunt atqꝫ purgāda, moderata arbitra
mur, ⁊ mixtā clemētie ſententiā iudicꝫ. Et Amb. ſup
epi. 1. Cor. 3. ſaluꝰ erit, ſic tn̄ q̄ſi ꝑ ignē: oñdit ſaluum

illū futurū, sꝫ penas ignꝭ passurꝫ, vt ꝑ ignē purgat⁹, fiat salu⁹, ꝛ nō sicut ꝑfidi, eterno igne in ꝑpetuū torq̄a tur. Et Aug. li. 21. de ciui. dei ca. 13. Tēporarias penas alij in hac vita tm̄, alij post mortē, alij nūc ꝛ tūc: veruntm̄ ante iudiciū illud seuerissimū nouissimūq; patiunt. Et ad id est s. Gre. cui⁹ authoritas ponet in fra in Paragrapho. 6. de ritu eccl'ie. In h̄ tm̄ differūt pene inferni ꝛ purgatorij, q̄a infernales finē nō expectāt, sed augmentū in die iudicij: sꝫ purgatorij pene sunt cū fine: nam post expletā penā iā exuti, gaudijs beatissimis ꝑfruent. Hinc est, ꝙ pena purgatorij est ꝑncipalit ad purgandū reliq̄as peccati, ideo sola pena ignis purgatorio attribuit, q̄a ignis habet purgare ꝛ ꝯsumere. Nec tm̄, bone lector, tibi videat mirabile, ꝙ aīa simplex ꝛ incorporea ab igne torq̄at corporeo, q̄ etiā scd̄m fidē in creādo corpori vnit, sic ipsa a corpore separata, igni applicari potest, inq̄ntū ignis est instrumentū diuīe iustitie: ꝛ h̄ habet ille ignis nō ex sua natura, sed ex ꝟtute diuina. Gre. in. 4. dia. Certe reprobis ꝟitas in fine dictura est: Ite in ignē eternum, q̄ parat⁹ est diabolo ꝛ angelis ei⁹. Si igit diaboli eiusq; angeli, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciādi: q̄d mirꝫ, si aīe, anq̄ recipiant corpora, possunt corporea sentire tormēta? Sed q̄a h̄ alteri⁹ est speculationis, ꝑgam⁹ ad authoritates grecorū. Athanasi⁹. 34. q. de aīab⁹ purgādis, q̄rit: Nū sentiūt aliq̄ bn̄ficia bonorꝫ opm ꝛ oblationū? Cui q̄stioni respōdet: Qr si nō aliq̄ bn̄ficio participarēt ex illo, non vtiq; in cura ꝛ exeq̄is fieret cōmemoratio. Et Chrisostom⁹ homelia. 69. Bernhardo Brixiano interꝑte: Nō temere ab Apl'is h̄ sancita fuerūt, vt in tremēdꝭ mysterijs defunctorꝫ agat cōmemoratio: sciūt em̄ illis multū ꝯtingere lucrū, vtilitatē magnā. Orige. ad idē est, vt infra in Paragrapho de figurꝭ. Silit Cyrill⁹ in ep'la ad Aug. de miraculꝭ beati Hie. post mortem celebratis, vt dicet in Paragrapho de mortuorꝫ

resuscitatiōib⁹. Et Gre. Nicen⁹: Si aliq̄s in Christo amico ꝯsentiēs, in hac vita purgare peccata minus potuerit, post transitū hinc ꝑ purgatorij ignis ꝯflati onē expediet. Hoc ꝑdicationis dogma ꝟitatꝫ seruātes, hꝫ credim⁹, hꝫ etiā vl̃is eccl̃ia tenet ꝓ defunctis, vt a peccatꝫ soluant, q̄d nō potest nisi de illis q̄ sunt in purgatorio ītelligi. Dion. 7. ca. eccl̃i. ierarchie docet ex Apl̃oꝝ traditiōe, q̄sdā orōnes aīab⁹, q̄ digne sunt, postq̄ꝫ hinc exirēt ꝓdesse posse. Itē q̄dā grec⁹ expositor sup illud Apl̃i: sic tñ q̄si ꝑ ignē: Hunc ignē credim⁹ eē catareusim. i. mūdificationē, in q̄ aīe defunctoꝝ probantur, tanq̄ꝫ auꝝ in fornace.

¶ Purgatorium ponendum est ex ꝯsuetudine ꝛ ritu ecclesie. ¶ Paragraphus sextus.

Eccl̃ie ꝯsuetudīes nō sunt reijciēde. Sicut eñ in reb⁹ humanis, q̄ rationis luīe fiūt, ꝯsuetudo iurꝫ scripti vim obtinere noscit, ita ꝛ ī negocijs eccl̃ie, q̄ pendēt ex luīe fidei, ꝯsuetudo ꝯsensu Chrianitatꝫ introducta parē cū lege scripta videt authoritatē sortita. Leo papa ī ser. de ieiunio pēthecostes: Dubitandū nō ē, dilectissimi, oēm obseruantiā Christianā eruditiōis esse diuine, ꝛ q̄cq̄d ab eccl̃ia in con suetudinē deuotiōis ē receptū, de traditiōe Apl̃ica ꝛ de spiritus sancti ꝓdire doctrina, q̄ nūc q̄q̄ꝫ fideliū cordib⁹ ꝑsidet institutꝫ, vt ea oēs ꝛ obedienter custo diāt ꝛ sapiēter intelligāt. Et Pi⁹ papa: Cōsuetudinē lōgus ꝛ approbat⁹ vsus induxit. Et Cassian⁹ collati one 27. Oportet nos authoritatē prm̄ ꝯsuetudinesq̄ꝫ maioꝝ vsq̄ꝫ ad nr̃m tēpus ꝑ tantā annoꝝ seriē ꝓtela te etiā non ꝑcepta ratione credere, eāq̄ꝫ vt antiq̄tus tradita est iugi obseruātia ac reuerētia custodiri. Au gu. ad Cassalanū presbiteꝝ: Cōsuetudinē laudam⁹, q̄ tñ ꝯ fidē catholicā nihil vsurpare dinoscit. Eccl̃ia igit in ritibus suis regit a spū sancto, q̄ assistit eccl̃ie, ipsam dirigēdo ꝑ occultos instinct⁹: ex vetustissima aūt eccl̃ie ꝯsuetudine, ꝓ aīab⁹ defunctoꝝ, q̄ in pur

gatorio esse credunt, cõmemoratio specialis a sacer
dotib⁹ in missa fieri ꝯsueuit: ⁊ illa est mẽs Aug. in li.
de cura ꝓ mortuis agẽda: Sed etsi nusꝗ̃, inquiens,
in scripturꝫ veterib⁹ omnino legeret, non parua hac
ꝯsuetudine claret authoritas, vbi in p̃cib⁹ sacerdota
lib⁹, q̃ dño deo ad ei⁹ altare fundunt, locũ suũ etiam
habet cõmendatio mortuoꝝ. Eccl'ia igit v'lis nõ er-
rat: ꝓ dãnatis nẽpe nõ orat, q̇ in termino sunt dãnati
onis eterne, q̇a ibi nulla est redẽptio, ibũt em̃ in sup-
pliciũ eternũ. Et Aug. in li. de fide ⁊ opib⁹: Erit eter
na cõbustio sicut ⁊ ignis. Et Orige. homelia. 6. super
Exodũ: Si q̇s illuc venerit, sicut tot⁹ plũbe⁹ fiet, de
illo h̃ q̇d scriptũ est, demergat in ꝓfundũ tanꝗ̃ plum
bũ in aqua vehemẽtissima. Nec orat ꝓ illis q̇ sunt in
t̃mino vite, Extra. de cele. missaꝝ. c. Cum Marthe:
Quũ sacre scripture dicat authoritas, ꝙ iniuriã facit
martyri, q̇ orat ꝓ martyre. Idem est de sanctis alijs
sentiendũ, ꝙ orõnib⁹ nr̃is nõ indigẽt, pro eo ꝙ sunt
ꝑfecte beati, oĩa eis ad vota succedũt: ḡ sequitur ex
sufficiẽti diuisiõe, ꝙ oret ꝓ his q̇ sunt in purgatorio.
Ad dei em̃ visionẽ, in q̃ beatitudo nr̃a ꝯsistit, creatu
ra rationalꝫ eleuari nõ potest, nisi totalit̃ sit depura-
ta ⁊ purificata. His ꝯsona est historia. 2. Macha. 12.
in q̃ ꝯcludit: sancta ḡ ⁊ salubris est cogitatio pro de-
functꝭ exorare, vt a peccatꝫ soluant. De authoritate
hoꝝ libroꝝ v't Aug. 18. li. de ciui. dei ca. 36. Macha-
beoꝝ libri, q̇s nõ iudei, sed eccl'ia ꝓ canonicis habet,
ꝓpter q̇rundã martyꝝ passiões vehemẽtes atꝗ̃ mi-
rabiles, q̇, anteꝗ̃ Christus venisset in carne, vsꝗ̃ ad
mortẽ ꝓ lege dei certauerũt, ⁊ mala grauissima atꝗ̃
horribilia pertulerunt. Et Hier. in. 2. ꝓlogo in libros
Machabeoꝝ: Machabeoꝝ libri, licet non habeant
in canone hebreoꝝ, tñ ab eccl'ia int̃ diuinoꝝ volumi-
num annotant historias: vñ in his libris legim⁹ obla
tam satisfactionẽ ꝓ mortuis. Aug. in. 44. ser. ad fr̃es
in heremo: Defunctis cum omni diligẽtia misereri et

subuenire studeamus. Attēdite q̄d Judas Machabeus fecerit, dixit eñ, ꝙ sancta esset cogitatio ꝓ defunctꝭ exorare. Et addit Aug. Ora ꝓ defunctꝭ, vt dū fuerint in etna vita ꝓ te orare nō negligāt, expectāt eñ vos, vt iuuent ꝑ vos, tēpus eñ operandi iā ꝑfugit ab eis, clamāt eñ q̊tidie qui iacent in tormētis, ⁊ pauci sunt q̄ respōdeant. O ꝟe magna inhumanitas: ecce eñ infirmus iacet ⁊ clamat, vt a medicis curet: clamat porcus, ⁊ oēs cū eo clamare nō cessant: sȝ clamat aīa ī tormētis, ⁊ nō est q̄ respōdeat. Nō sic fr̄es, sed memētote, ꝙ sancta, salubris, pia, felix, ⁊ suauis deo ⁊ angelis est cogitatio ꝓ defunctꝭ exorare, vt a penis, q̄s ꝓ peccatꝭ in purgatorio patiunt, soluātur. Semꝑ itaq̄ ꝓ defunctꝭ orandum est: et si nō ꝓficiat eis, quia beati aut damnati sunt, oratio tamen mea in sinu meo conuertetur, ps̄. 34.

¶ Ex suffragijs eccl̄ie, ⁊ potissime ex sacrificio altaris purgatoriū credit: ¶ Paragraphꝰ septimus.

GRegorius papa scribit Bonifacio episcopo, ⁊ trāsumptiue habet. 13.q.2. Aīe defunctoꝝ q̄tuor modis soluunt: aut oblationibꝰ sacerdotū, aut ꝑcibꝰ sanctoꝝ, aut charoꝝ eleemosinis, aut ieiunio cognatoꝝ. Et Gerson in. 3. parte tractatꝰ de canticis ⁊ solatio: In purgatorio cū afflictiōe est solatiū ex certa spe beatitudinis, ex eccl̄ie generalibꝰ subsidijs, ⁊ pijs amicoꝝ suffragijs, ⁊ charitas in eis ꝯgaudet ꝟitati correctiōis. Et Aug. ī Enchiridion ca. 150. Neq̄ negādū est defunctoꝝ aīas pietate suoꝝ viuētiū releuari, quū ꝓ illis sacrificiū mediatorꝭ vel eleemosine in eccl̄ia fiūt, sed h̄ eis ꝓsunt, q̄ cū viuerēt, vt h̄ sibi postea ꝓdesse possent, meruerūt. Sed sacrificiū altaris int̄ h̄ est potissimū, q̊d patet figuris ⁊ authoritatibus ⁊ exēplis. De ꝑmo: oblatio eñ corporis Christi absoluit a debito culpe ⁊ pene: vñ ī Egiypto post comestionē ⁊ esum agni populus Jsraheliticus liberabat, ⁊ sanguis agni paschalis in supliminaribꝰ

ponebat contra angelū vastatorē, ⁊ serpens eneus in palo erectus ꝯ morsum serpentum ps. Parasti in ꝯspectu meo mēsam aduersus eos q̄ tribulāt me. Secundo patet authoritatibus. Aug. 9. li. ꝯfess. de Monica mr̄e sua ait: Illa imminēte die resolutionis sue dixit: Ponite h̄ corpꝰ vbicūq̄, nihil vos eiꝰ cura conturbet, tm̄ illud vos rogo, vt ad dn̄i altare memineritis mei vbi fueritꝭ. Et Gre. 6. li. Registri: Ois culpa oblato sacrificio delet. Nec deficiūt authoritates doctoꝝ grecoꝝ. Gre. Nicenꝰ in ser. de defunctis: Si aliq̄s in hac labili vita purgare cūcta nō potuerit, post transitū hinc p purgatorij ignis ꝯflatione citiꝰ magꝭ ac magꝭ fidelis spōsa spōso dona ⁊ hostias in passiōꝭ memoriā offert, p filijs q̄s ipsi spōso v̄bo ⁊ sacramēto p̄clare rei genuit postea alacrit̄ expedit. Et Theodolus episcopꝰ Cyrensis sup illud. 1. Cor. 3. Si cuiꝰ opꝰ arserit: ipse autem saluabit, sic tm̄ q̄si p purgatoriū ignē purgantē q̄cq̄d inuenit p incautelā p̄terite vite ⁊ puluere saltē pedū t̄re purget sensus, i. q̄ igne tā diu manet, q̄diu q̄cq̄d corpulentie ⁊ t̄reni affectꝰ inhesit purget, p q̄ mr̄ eccl'ia orat, ⁊ dona pacifica offert deuote, ⁊ p h̄ homo mūdus ⁊ purus exiēs, deo sabaoth purissimis oculis immaculatꝰ assistit. De tertio: Sanctus Gre. in. 4. dia. ponit diuersa exēpla, q oblatione hostiarū multi liberati sint a purgatorio, q̄ causa breuitatꝭ missa facio: sed delectat audire vnū, q̄d habet in vitasfr̄m ordinis p̄dicatoꝝ: magꝭ em̄ edificāt exēpla q̄ v̄ba, Esa. 49. In oībus planis. i. sanctoꝝ exemplis pascua coꝝ. Vn̄ Juo de p̄uincia Francie, ordis p̄dicatoꝝ, archiep̄us Nazareth, p̄uicialis in t̄ra sancta, vir totiꝰ sanctitatꝭ, in linguis pluribꝰ optimꝰ p̄dicator, quē rex Frācie ⁊ regina trāseuntes mare inuenerūt illic, ⁊ laudes eiꝰ magnifice extulerūt: Vn̄ eiꝰ in orone p̄sistēti post matutinas eleuatis oculis ad lāpades chori apparuit vmbra, quasi cuiusdā fr̄is, in sordido habitu: cūq̄ ille quesisset, q̄s esset, respōdit:

Sā tal; fr̄, speciali dilectiōe astrictꝰ, q̄ nup̄ obijt. Et interroganti, q̄liter sibi esset, rn̄dit: male, ⁊ in diuerso penaꝝ gn̄e p. 15. annos sum māsurus: cūq; ille q̄reret cur tā diu deberet illa pena cruciari, cū vixisset tā religiose: rn̄dit: nō q̄ras causam, q̄a scd̄m iudicium dei, q̄d eq̄ssimū est, merui hāc penā: sed rogo, subuenias mihi. Q̄d ille ꝓmisit. Qn̄ mane celebrans ꝓ eo missam, pactꝫ oībus, an̄ sumptionē eucharistie, tenēs in manu sacramentū, cepit cū lachrimis rogare sub his ꝟbis: Si Soldanus Babilonie ⁊ Alexādrie haberet vnū Sclauū captiuū, ⁊ Camerariꝰ eius, q̄ p multos annos sibi fideliť seruiuisset, peteret sibi illū donari ꝓ seruitio suo, certe Soldanus de facile nō negaret. dn̄e, nō es crudelior Soldano, immo es fons misericordie. Ego Camerarius tuus, ⁊ seruitor ad tm̄ tempus captiuꝰ tuꝰ est ꝓ defectibꝰ suis in carcere purgatorij: ecce ego peto eū mihi dari. Cūq; talia ꝟba inculcasset, missam cōpleuit. Nocte seq̄nti ipsi orāti apparuit ipse fr̄ in habitu cādido, quē cognoscēs, q̄liter se haberet, int̄rogauit: q̄ rn̄dit: bn̄ p grām dei: petisti a dn̄o me tibi dari: ⁊ me tibi largitꝰ est: vn̄ a purgatorio liberatꝰ, accedo ad ꝯsortiū sanctoꝝ. Predicta ꝓbanť authoritate Damasceni in ser. de suffragiis mortuoꝝ: mysterioꝝ, inq̄t, ꝯscij discipli saluatorꝭ ⁊ sacri Apl̄i in tremēdis ⁊ viuificꝭ mysterijs memoriā fieri eoꝝ q̄ fideliť dormierūt sanxerūt. Preterea, suffragia ꝓsunt defunctꝭ, scd̄m q̄ vniunť viuētibꝰ p charitatē, ⁊ illa opa nata sunt suffragari, q̄ ad cōmunicationē charitatꝭ ptinēt: sacrificiū aūt eucharistie est sacramentū vniōis et charitatꝭ, ꝯtinēs illū, in quo tota ecclesia vnitur et consolidatur.

¶ Ex mortuoꝝ suscitationibꝰ ōndiť purgatoriū in rerū natura esse. ¶ Paragraphus octauus.

IN vtraq; lege mortui legunť suscitati ad vitā: In veťi tres legimꝰ suscitatos, vnū p Heliā, ⁊ duos p Heliseū: de h. 3. ⁊. 4. Regū. Christꝰ initiator ne

ui testamēti, q̄ mortificat ⁊ viuificat, tres reuocauit
ad vitā, puellā scʒ ⁊ adolescentē ⁊ Lazaꝝ. Sanctus
Petrus, Christi vicari⁹, simit tres, scʒ Tabitā, Act. 9
⁊ Rome secundū, in ꝯfusionē Simōis magi, ⁊ Ma-
ternū, misso baculo suo ꝑ Eucharīū ⁊ Ualeriū ad lo-
cū in q̊ mortu⁹ fuit. Et de sancto Martino canit ec-
clesia: cui dn̄s post Apl̄os tantā gr̄aʒ ꝯferre dignat⁹
est, vt in ꝟtute trinitatꝫ mirifice mereret̄ fieri trium
mortuoꝝ suscitator magnific⁹. Simit sanct⁹ Domini-
cus tres Rome suscitauit. Nota in p̄mis, ꝙ ternari⁹
numer⁹ in mortuoꝝ resuscitatiōe plerumqꝫ est obser
uatus, in argumentū, ꝙ vl̄is resurrectio fiet in ꝟtute
sancte trinitatꝫ, ⁊ p̄dictoꝝ suscitatio est q̊ddā p̄ludiū
future resurrectiōis. Nūc ad ꝓpositū, ꝯstat ꝙ illi nō
fuerūt suscitati ex inferno, dimersit em̄ eos tēpestas
⁊ absorbuit eos ꝓfundum ⁊ vrget sup̄ eos puteus os
suū, ps̄. 68. Et Esa. 30. Preparata est ab heri tophet
a rege ꝓfunda ⁊ dilatata. Et Abrahā ad diuitē epu-
lonē: Inter nos ⁊ vos magnū cahos est firmatū, vt q̊
hinc volūt trāsire ad vos nō possunt, neqꝫ iñ huc trā-
meare. Lu. 16. Utrum aūt p̄dicti oēs sint suscitati de
purgatorio ad vitā: dico cum psalmista: Judicia dei
abyssus multa: de q̊busdā tn̄ p̄sumit̄, ꝙ de purgato-
rio, vt testimoniū ꝟitatꝫ de penꝫ purgatorij viuētib⁹
ꝑhibeāt, aut ad destruēdā heresim q̄ q̄nqꝫ erat circa
alterā vitā. De h̊ audiam⁹ q̊d referat Cyrill⁹ in ep̄la
ad Aug. de miraculis beati Hiero. post mortē cele-
bratꝫ, ⁊ de resuscitatiōe triū mortuoꝝ. Scribit em̄, ꝙ
post obitū gloriosissimi Hie. q̊dā heresis int̄ Grecos
surrexit, ꝙ aīe beatoꝝ vsqꝫ ad vl̄is iudicij diē btitu-
dine ꝓuabant̄, ⁊ aīe damnatoꝝ vsqꝫ ad illū diē nullis
cruciabāt̄ penis, asserebāt illi⁹ secte neq̊ssimi nullū
fore purgatorij locū: tūc expletꝫ trib⁹ dieb⁹ ieiunioꝝ
sanct⁹ Hie. sancto Eusebio p̄dilectissimo filio appa-
ruit, ⁊ ait: Cyrillo cūctisqꝫ frībus nuncia, vt crastina
die iuxta p̄sepe dn̄i, vbi meū q̄escit corp⁹ oēs ꝯueni-

ant in vnū, tā catholici ꝙ̄ illi⁹ secte viri, ⁊ triū hoꝝ, q̄
in hac vrbe hac nocte defuncti sunt, cadauera inhu-
mata ī illū, in q̊ meū humatū est corp⁹, facies depor
tari, sup q̇b⁹ saccū q̊ vtebar ponēs, statī vite p̄stine
redditi, hāc radicit⁹ heresim extirpabūt. Q̄ð ⁊ factū
est. Accedēs em̄ venerabilis Eusebi⁹ ad singuloꝝ ca
dauera, flexis genib⁹, manibusq̄ʒ in celū extēsis, ora
uit: De⁹ q̇ facis mirabilia magna solus, nūc p̄ces tu
orū exaudi fideliū, ⁊ vt tua, quā dedisti, fides inteme
rata inuiolataq̄ʒ p seclā maneat, ⁊ etiā vt horū error
appareat, ⁊ p merita ⁊ intcessiōes gloriosissimi Hie
ronimi introduc in h̄ cadauera aīas, q̄s de ipsis egre
di voluisti. Qua orōe finita, singulū sacco, q̊ sup car
nē vtebat̄ Hieronym⁹, tāgens cadauer, ptin⁹ ī ip̄m
vite sp̄m introduxit: q̊ hoīes, aptis oculis, oīb⁹ vite
signis ōn̄sis, sunt pfecte resuscitati, ⁊ ceperunt beatā
aīaꝝ glīā, ⁊ peccatoꝝ penas tā purgatorij ꝙ̄ inferni
clara voce oīb⁹ intimare. Nā, vt mihi postea interro
gāti dixerūt, beat⁹ Hie. eos ꝯduxerat secū in paradi
sum, purgatoriū, ⁊ infernū, vt q̄ ibi agebāt̄ pateface-
rēt vniuersis. His igit̄ pact̄, multitudo maxia popu
loꝝ, tā fideliū ꝙ̄ illi⁹ secte defensoꝝ, q̇ ad tam grāde
ꝯcurrerūt spectaculū, immensas grās deo referunt,
ꝙ suos in se sperātes nō deserit.

¶ Ex figuris veteris legis trahit̄ testimoniū de pur
gatorio. Paragraphus nonus.

IN veti lege duplex fuit doctrīa, vna apte posita,
vt in vnitate dei ⁊ creatiōe mūdi: alia sub figura-
rū ⁊ mysterioꝝ velamine fuit abscōdita, vt in my
sterio incarnatiōis ⁊ reparationis: oīa em̄ in figura
ꝯtingebāt illis. i. Cor. 10. Et rursus doctrina illa ordi
nabat̄ ad p̄missa noui testamēti, in q̊ nobis spes vite
etne p̄mittit̄, ad quā nemo nisi immunis ab oī detre
ctabili ⁊ culpabili defectu potest puenire: hic ex de-
scriptionib⁹ figuralib⁹ trahunt̄ argumēta ad p̄bādū
esse purgatoriū. Vn̄ ps̄. 123. V̄r: torrentē ptrāsiuit aīa

nr̄a, bn̄dict⁹ deus, inq̇unt aīe liberate a purgatorio,
gr̄as liberatori agentes. Nā. 2. Mach. 1. de magnis
ꝑiculis liberati a deo magnifice gr̄as agim⁹ ipi. Re
miniscunt̄ em̄ aīe q̄ euaserint, ꝑmo in hac vita, scāda
la, inquā, tribulatiōes mūdi, impugnatiōes heretico
rū, suggestiōes demonū, ꝛ ꝯtinue ꝗꝫ acerbas penas
purgatorij. Gen. 15. Ego duxi te de vr caldeorum, vt
darē tibi terrā istā. Et iste torrēs ꝯsistit in aīaꝝ capti
uitate in purgatorio, ꝛ in varijs tormētorū gn̄ibus, ꝛ
in desyderio ꝑueniēdi ad t̄minū salutꝫ. Idē patet in
ps̄. 65. Trāsiuim⁹ ꝑ ignē ꝛ aquā, ꝛ eduxisti nos in re
frigeriū. Ambro. vnūquenqꝫ purificādum esse docet
priusqꝫ in dn̄i req̇em ingrediat̄, vt introgressus in illā
paradysi amenitatē, gr̄as suo dn̄o agat, dicēs: Indu
xisti nos in refrigeriū. Origenes homelia. 25. sup Nu
meros, exponēs illud ꝟbū psalmiste, loq̄ntꝫ in ꝑsona
oīm sanctoꝝ, q̇ hunc ꝟsiculum dicere possunt, postqꝫ
purgati fuerit: Uides, inq̇t, q̄n̄o purificatiōe indiget
q̇ exierit de ꝓlio hui⁹ vite. Aug. Cū trāsierim⁹ ad il-
lud refrigeriū, fr̄es charissimi, nullū timebim⁹ inimi
cū, nullū temptatorē, nullū ignē, nullā aquā: ꝑpetuū
igit̄ refrigeriū est. Refrigeriū ꝓpter q̇etē dr̄. ps̄. Cō
uertere aīa mea i req̇em tuā: q̇a dn̄s bn̄ fecit tibi. Ex
istis elidit̄ dictū Lutheri dicētꝫ satꝫ ridicule: Sophi
ste in hac re nugant̄, adducētes illud psalmiste: Trā
siuim⁹ ꝑ ignē ꝛ aquā. Preterea Job 14. ait: Miseremi
ni mei, miseremini mei, saltē vos amici mei: q̇a man⁹
dn̄i tetigit me. Et h̄ ꝟba trāstulit eccl̄ia ad officiū ꝓ
mortuis, ꝛ est vox aīaꝝ vociferantiū ad viuētes, vt
auxilient̄: q̄ vox duplicat̄, ꝓpt̄ magnā afflictionem,
quā in purgatorio patiunt̄. Ceteꝝ in alio ps̄. dr̄: Ne
tradas bestijs aīas ꝯfitētes tibi: Que autoritas īfra
exponet̄ in alio Paragrapho. Et Leui. 12. Nō ingre
diet̄ sanctuariū, donec impleantur dies purgatiōis
ei⁹. Et hic Joseph educt⁹ de carcere regꝫ ad impiū
sublimat⁹ est. Gen̄. 34. Et Hiere. 31. In fletu venient

p̄ gaudio, in mīa reducā eos, ⁊ deducā eos p̄ torrētē aq̄ꝝ in via recta, q̄ ducit ad vitā eternā.

¶ Deinde ostēditur purgatorium ex apparitionib⁹ ⁊ reuelationibus. ¶ Paragraphus decimus.

Mortui viuētib⁹ apparēt q̄litercūq̄, vł̄ ꝯtingit p̄ specialē dei dispēsationē, vt aīe mortuoꝝ reb⁹ viuentiū intersint, ⁊ est int̄ diuina miracula cōputandū, vt ait b. Tho. 1. parte. q. 84. ar. 8. Quod aūt hm̄oi apparitiōes fiāt, ꝓbat Aug. in li. de cura ꝓ mortuis gerēda, ca. 17. dicēs: Mitti ad viuos aliq̄s mortuos, sicut ecōtrario Paul⁹ ex viuis in Paradisum rapt⁹ est, diuia scriptura testat̄: nā Samuel ꝓpheta defunct⁹ viuo Sauli regi futura p̄dixit. Et q̄d de Mose dicturi sum⁹: q̄ certe in Deut. mortu⁹, ⁊ in Euāgelio cū Helia q̄ mortu⁹ nō est, legit̄ apparuisse viuētib⁹. Et ad h̄ ponit Exemplū Aug. in eodē libro ca. 11. Cū Mediolani essem⁹, audiuim⁹, q̄ cum debitū a q̄dā defuncti p̄r̄is repeteret̄ cautiōe ꝓlata, q̄d filio nesciēte a patre erat ꝓsolutū, ꝯtristari homo grauissime cepit atq̄ mirari, q̄ ei p̄r̄ moriēs nō dixerit q̄d deberet, cū etiā fecisset testamentū: tūc nimis anxio apparuit idē p̄r̄ ei⁹ in somnis, ⁊ vbi esset depositū, ⁊ q̄ illa cautio vacuata fuerat indicauit: q̄ inuēto iuuenis atq̄ mōstrato, nō solū falsi debiti calūniā ꝓpulsauit, q̄n etiā paternū recepit cyrographū, q̄d p̄r̄ nō recepit, q̄n est ꝓsoluta pecunia. Aīe igit̄ defunctoꝝ speciali dei dispōne credūt̄ viuētib⁹ apparere, ꝓ eaꝝ liberatiōe, sicut sepe cōptū est. q̄ aīe adiurate h̄ idē ꝯfesse sunt. Vn̄ scribit sanct⁹ Greg. in 4. dia. de Pascasio in h̄ v̄ba: Germano, Capnano ep̄o, medici ꝓ corpoꝝ salute dictauerūt, vt in angularib⁹ termis lauari debuisset, q̄ ingressus termas, Pascasium diaconū, dudū mortuū, stātem ⁊ obseq̄ntē in calorib⁹ inuenit: q̄ viso, vehementer extimuit, ⁊ q̄d illic tātus vir faceret inq̄siuit. Cui rn̄dit: ꝓ nulla alia causa in h̄ penali loco deputat⁹ sum, nisi q̄a in parte Laurentij

℥ Simachū ꝯsensit in electione: sed q̄so te, dn̄m ꝑ me depcare: atq; in h̄ cognosces, ꝙ audit⁹ sis, si huc rediens, me nō inueneris. Qua de re vir̄ dn̄i Germanus in ꝓcib⁹ se strinxit, ⁊ post paucos dies rediit, sed iam dictū Pascasiū in loco eodē minime inuenit. De locis, vbi isti spūs se repn̄tāt, nō pōt dari certa regl̄a. q̄a h̄ nō cadit sub arte humana, sed sub dei volūtate, q̄a ipse sic vult fieri, ⁊ null⁹ pōt ꝑscrutari ꝯsiliū dei, sed iō apparēt, vt ꝑpt̄ aliq̄ꝝ merita citi⁹ vl̄ tardi⁹ de pen̄ liberētur. Sed h̄ sciedū est, ꝙ vbicunq; aīe iste sunt, pene eas sequunt̄, sicut demones penas inferni secū portāt. Silr̄ de tēpore apparitiōis nō est regula generalis, q̄uis tn̄ mag̃ appareāt de nocte, sicut prophete freq̄nti⁹ accepunt reuelatiōes in somno. Apparēt aūt diuersis modis, q̄nq; in corpore assumpto ⁊ visibilr̄, q̄nq; inuisibilr̄, vt solū son⁹, vox, aut strepitus ꝑcipiatur a viuētib⁹, sicut ꝑcussio, ꝓiectio, sibilatio, gemit⁹, aut plāctus, vt attētos reddāt hoīes ad inq̄rendū ⁊ respondendum.

¶ Ex iure canonico purgatorium demōstratur, ⁊ de grauitate purgatorii. ¶ Paragraph⁹ vndecim⁹.

Ex iure canonico efficax sumit̄ ꝓbatio, mlt̄a em̄ q̄ tractātur in theologia, etiā tractātur in iure canonico, ⁊ q̄ ibi recipiūtur vl̄ respuūtur, etiā in theologia, scd̄m ꝙ d̄t Aug. Oīa, q̄ neq; in sanctoꝝ autoritatib⁹ ꝯtinētur, nec ī ꝯciliis sanctoꝝ pr̄m, nec ꝯsuetudīe vl̄is eccl̄ie roborata sunt, sine vlla dubitatiōe resecāda estimo. Sed in iure canonico habetur testimoniū de purgatorio, d̄r em̄. 25. dist. Qui ī aliud seculū distulit fructū ꝯuersiōis, p̄⁹ purgabitur igne purgatiōis: h̄ ignis, ⁊ si nō sit et̄n⁹, miro tn̄ modo grauis est, sup̄at em̄ oēm penā, quā vnq; passus ē aliq̄s in hac vita vl̄ pati pōt. Idē de pen. dist. 7. ca. Null⁹: vbi subinfertur: Nūq; tāta inuēta est in carne pena, licet mirabilia martyres passi sint tormenta, ⁊ multi neq̄ter q̄nta sepe sustinuerūt tormēta. Et dist. 25. ca.

Qualis hic q̄sq3 egreditur, tal3 in iudicio apparebit vł pñtabitur, sed tñ de q̄busdā culpis esse añ iudiciū purgatiōis ignis credēd⁹ est. Et extra. de cele. miss. c. cū Marthe, idē habet: Studeat ḡ q̄sq3 sic delicta corrigere, vt post mortē nō oporteat penā tolerare; nā, vt dictū est, grau3 est ignis purgatorij. Ignis em̄ ad peccatoꝝ purgationē refertur: nā dñs ignis cōsumens est. Et ob eā causam in euāgelio dñs Jesus in spū sancto ⁊ igni venit. vt q̄ iā baptisati sunt spū sancto, rursus reuertētes ⁊ repetētes vitā pstinā cauterio ⁊ igne penitētie indigeāt: in igne em̄ pbatur aurꝫ ⁊ argētū, hoīes xͦo receptibiles in camino humiliatiōis. Eccli. 2. Ignis nāq3 est maxime actiuitatis, et ignis purgatorij punit iuxta eq̄litatē ꝓportiōis pene, ad mensurā culpe. Esa. 27. In mēsura ꝯ mensurā quū abiecta fuerit sc3 aīa a corpore ⁊ iudicabit eā, pena em̄ est delictoꝝ debita cohertio vł satisfactio. Et ꝙ pena purgatorij excedat oēm penā h⁹ vite, patet, q̄a q̄nto pena est vłior, tāto maior: sed aīa sepata punitur, quū sit simplex, nō aūt ita est de corpore, ḡ illa pena q̄ est aīe sepate ē maior oī pena quā corp⁹ patitur. Hic dt Aug. in. 4. fer. de cōmemoratiōe aīarū: Ille purgatori⁹ ignis durior erit q̄3 q̄cq̄d potest ī h̄ seculo penaꝝ videri aut cogitari aut sentiri: ⁊ ipsi tā diu in illo purgatorij igne moras habebim⁹, q̄3 diu pctā minuta tāq3 ligna fenū ⁊ stipula ꝯsumātur. Ita pctā ipsa in hoc secło purgētur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certe parum inueniat quod exurat.

¶ Probatio purgatorij ex diuersitate decedentiū, ⁊ ex distinctiōe receptaculoꝝ. ¶ Paragraphus. 12.

In varijs gradib us ꝯstituūtur, q̄ ab hac vita moriūtur: quidā sunt valde mali, vt Turce, Judei, ⁊ ceteri infideles, Christiani q̄q3 ī pctō pseuerātes ⁊ fidei trāsgressores, hi finalit̄ dānātur. De infidelib⁹ dr Johā. 3. Qui nō credit iā iudicat⁹ est. de Christia

nis patet: nã q̄ impenitẽs moritur, et si viueret, semp peccaret, huic debetur receptaculũ infernale: recep tacula eñ post mortẽ dãtur aĩab⁹, vł in p̄miũ, vł in penã: vñ Lu. 16. Mortu⁹ est diues ⁊ sepult⁹ est in in ferno. Et Job. 21. Ducũt i bonis dies suos ⁊ in pũcto ad inferna descẽdũt. Gre. 4. dia. Si esse sctõꝝ aĩas i celo oportet, vt p oĩa ⁊ iniq̊ꝝ aĩas in iferno, q̄a ex re tributiõe inẽne iustitie, ex q̄ iusti iã gl'iãtur, necesse ẽ p oĩa, vt iniusti cruciẽtur: nã sicut electos btitudo le tificat, ita credi necesse est, ꝙ a die exit⁹ sui ignis re- pbos exurat. Qui ḡ capitalia pctã cõmiserũt, si eis digna penitẽtia nõ subuenerit, p purgatoriũ ignem trãsire nõ merebũtur ad vitã, sed in eẽno incẽdio p̄ci pitabũtur ad mortẽ. Auisentur igitur pctõres in car ne viuẽtes, ⁊ intẽdãt illud Apoc. 2. venio tibi cito, ⁊ mouebo cãdelabrũ tuũ de loco suo, nisi penitẽtiã ege ris. Haymo: Nisi penitẽtiã egeris, mouebo te de so- cietate fideliũ. Ps. 21. De⁹ destruet te ⁊ in finẽ euel- let te, ⁊ emigrabit te. Alij sunt valde boni, q̄ sine ma cl'a moriũtur, ⁊ stati eẽne retributiõis mercedẽ reci piũt, q̄b⁹ dabitur paradisus. 2. Cor. 5. Scim⁹ eñ, qm̄ si terrestrꝭ dom⁹ nr̄a hui⁹ habitatiõis dissoluatur, ꝙ domũ nõ manufactã ex deo habem⁹, sꝫ eẽnã in celꝭ. Christ⁹ i cruce latroni ꝯfitẽti dixit: Hodie mecũ erꝭ in paradiso. Hec regia mãsio datur martyribus, pue risq̄ʒ baptisatꝭ, mox post baptismũ decedẽtib⁹. Gre. 4. dia. Oẽs baptisatos infantes atq̄ʒ in eadẽ infantia moriẽtes, ingredi regnũ celeste credẽdum est. Vñ de pe. dist. 7. c. null⁹: Penitentia, si in extreme vite hora aduenerit, sanat ⁊ liberat in oblatiõe baptismi, ita ꝙ nec purgatoriũ sentiũt, q̄ in fine baptisantur, sed ipsi ditati bonis mr̄is sancte eccl'ie, recepturi sunt multi plex bonũ in x̄pa btitudie. Sap. 7. Est emanatio q̄dã claritatꝭ oĩpotẽtꝭ dei sincera, in quã nihil coinq̄natũ intrat, celestꝭ eñ felicitas ꝯsistit in sapĩe participati one pfecta, q̄ p spẽm deũ videbim⁹; in oĩb⁹ p̄dictis

nulla est macula, igitur beati cēsentur. Aug. 4. ser. de cōmemoratiōe aīaꝝ: Si qs supra fundamentū Christi supedificat auꝝ, argētū, ⁊ lapides pciosos, de sanctis h ⁊ pfectis Christianis capite, q̇ velut auꝝ purgatū merebūtur ad eťna pmia puenire. Puerꝭ aūt sine baptismo decedētib9, assignatur ppu receptaculū, in q̇ nō est pena sensus, sꝫ dāni: in q̇b9 est impedimētū ex parte psone ⁊ nature, q̇a decedūt in pctō origīnali, ⁊ in istꝭ nō adest spes btē vite. Sin9 aūt abrahe signat9 fuit antiqs pr̄ib9, in q̇b9 originalꝭ culpa expiata erat, scd̄m q erat infectiua psone, remanebat tn̄ impedimētū ex pte nature, p q̄ nōdum fuit plenarie satisfctm̄ p Christū: ⁊ iste lymbus sctōꝝ prm̄ in Christi descēsu euacuat9 est, Col. 2. Expolians pncipat9 ⁊ ptātes traduxit ɔfidēt, palā triūphās illos in semetipso. Et Esa. 49. Dedi te in fed9 populi, vt suscitares terrā, ⁊ possideas hereditates dissipatas, vt diceres his q̇ victi sunt, exite, ⁊ his q̇ in tenebrꝭ sunt, reuelamini. Alij sunt Christiani boni, sed negligentes. ⁊ his daꝛ purgatorij penitētiale receptaculum. Aug. vt s. Illi q̇ supedificāt sup fundamentū Chri lignū, fenū, stipulā, de bonꝭ christianꝭ, sꝫ negligētib9, minuta peccata purgare itelligite. Et nota finalit, q stati aīe soluto vīclo carnꝭ, p q̇d in statu vite detinebāꝛ, pmiū ɔsequūꝛ vꝉ penā, nisi aliud impediat, sicut inťdū impedit ɔsecutionē pmij pecīn veniale, q̇d p9 purgari oportet: ⁊ sic necessariū ponitur purgatoriū.

¶ Purgatoriū deniq3 assignabile poniꝛ ppt indulgētias q̄s pdicat ecclīa. ¶ Paragraphus. 13.

Indulgētie pdicāꝛ i ecclīa p aīab9, g purgatoriū est. Añs patebit infra. Cōseq̄ntia patet, q̇a ex purgatorio depēdet oīs indulgentiaꝝ existimatio, vt docte practicat reuerēd9 Roffensis in materia de indulgētijs, ɔ Lut. Si em̄ tollas purgatoriū, q̄rsum indulgētijs op9 erit? his em̄, si nullū fuerit purgatoriū nihil indigebim9. Cōsiderabāt em̄ sancti pr̄es exac-

tissime, ꝙ sancto Petro ꝛ ei⁹ successoꝛib⁹ est tāta in
euāgelio collata a Christo potestas, vt q̇cq̇d ille sol
uerit in tris, solutū foret ꝛ in celꝫ. Et librātes, nō du-
bitauerūt Petri successores, modo fidelit̄ id negociū
egerit, penas (q̄ ꝓ reliq̇s pcctōꝝ nō sufficient expia
tis luerēt) ꝯdonare posse, ꝑpēdebāt ꝗꝙ, ꝙ cū ptātez
sacerdotib⁹ donasset Christ⁹, aīas ab etna pena libe
rādi, multo magis talē in ecclīa reliq̇t auctoritatē, q̄
posset a purgatoꝛijs penis silit̄ absoluere. Sꝫ indul
gētie possunt dari illis q̇ sunt in purgatoꝛio, qn̄ h̄ foꝛ-
ma indulgētiaꝝ habet, vt videlicet, si aliq̇s illas ꝓ se
ꝛ trib⁹ vł q̄tuoꝛ charꝫ suis in purgatoꝛio detētꝫ mere
ri possit, patet p̄mo, q̇a papa dꝛ a deo ꝯstitut⁹ iudex
viuoꝝ ꝛ moꝛtuoꝝ. Extra. q̇ filij sint legittimi. c. ꝑ ve-
nerabilē. Et ecclīa soluit ꝛ ligat post moꝛtē: Extr. de
sentētia excō. c. a nobꝫ est, Et. 24. q. 2. Sane ꝓfertur.
Preterea, q̇a in ꝯtritiōe remittit̄ pena etna, ꝛ obligat̄
penit⁹ ad penā purgatoꝛij, nisi eēt ꝯtritio valde abū
dans: sꝫ ꝑ indulgētiā remittit̄ tota pena vł ps pene
purgatoꝛij. Ceterū, suffragia valēt illꝫ, q̇ sunt in pur-
gatoꝛio, ex supꝛa dictꝫ: sed indulgētie sunt de nobilis
simis ꝛ efficacissimis suffragijs, q̇a sumpte ex thesau
ro ecclīe: sed illi q̇ sunt in purgatoꝛio sunt talꝫ thesau
ri ꝑticipes, eo ꝙ decesserūt in charitate. Quarto idē
ꝓbat̄: Sācto Petro cōmissa est clauis regni celoꝝ:
sed aīa, q̄ꝺiu est in purgatoꝛio, est extra regnū celo-
rū, ġ indiget amotiōe impedimēti ab ingressu, ꝛ talꝫ
amotio fit ꝑ indulgētias. Quīto: pr̄ miaꝝ scđm oꝛdi
natissimā suā dispōnem ꝓuidit oīb⁹ auxiliū ꝑ indul-
gentiā eē ꝯferēdū q̇ sunt in purgatoꝛio, ex q̊ se iuuare
nō pn̄t. Sexto: Oēs aīe sancte, aut sunt de ecclīa tri
umphāte, aut militāte: sed aīe in purgatoꝛio sunt san
cte, ꝛ nō sunt de ecclīa triumphāte, q̇a in illa nulla ē
pena, ġ sunt de militāte: sed oīb⁹ h̄ntib⁹ grām in ec-
clesia militāte ꝓsunt indulgētie, ġ ꝓsunt illꝫ q̇ sunt ī
purgatoꝛio. Un̄ sicut seru⁹ pignoꝛi dat⁹ nō potest ma

numitti añ debiti solutionẽ, ff. de manumissis. l. Ser⸗
uꝰ: sic nec ille, cuiꝰ aĩa impignorata est in purgatori
o, nisi satisfaciat, aut aliȷ ꝑ eo ꝑ suffragia vł ꝑ indul
gẽtias satisfecerint.

¶ De loco purgatorij. ¶ Paragraphus. 14.

De loco in q̃ aĩe puniũt̃ ⁊ a pctĩ scoria purgãt̃, vt in celũ introducãt̃, ꝯtingit loq̃ dupłr: vno modo scđm legẽ ꝯẽm, ⁊ sic credit̃ eẽ ps infer⸗ni, ꝑpt ꝟbũ S. Gre. in. 4. dia. ꝙ sub eodẽ ignẽ electus purgat̃ ⁊ dãnatus cruciat̃, ⁊ vna eadẽq; vis puniẽs, bonos ꝓbat ⁊ eliq̃t, malos ꝟo ꝯdẽnat, deuastat, ⁊ ex terminat, ⁊ tal; locꝰ cõpetit punitiõi silr ⁊ satisfacti⸗oni, siue ei q̃ affligitur merito feditat; culpabilis. Et hũc ritũ habet eccłia, qñ orat ꝓ defunct;: libera eas de ore leonis: itẽ, a porta inferi ⁊c. Et ꝑ os leonis in manu inferni intelligũt̃ diuerse pene purgatorij, a q̃bus orat eccłia liberari aĩas. Uel pene purgatorij il lis noibꝰ exꝑmũt̃, ꝓpter mutuã vtriusq; vicinitatẽ. Nã apud Bedã, q̃dã ad vitã reuersus, recitat; his q̃ viderat, purgatoriũ eẽ dixit ꝯfine gehẽne. Jtẽ sancti pr̃es añ aduẽtũ Christi fuerũt in digniori loco q̃ꝫ sit locꝰ in q̃ aĩe nũc purgãt̃, qr nõ erat ibi aliq̃ pena sen sibil;, sed ille locꝰ erat ꝯiũctꝰ inferno: alias Christus ad lymbũ descẽdẽs, nõ diceret̃ ad inferos descẽdisse. Hoc tñ fatẽdũ est, ꝙ de loco purgatorij non inuenit̃ aliq̃d exꝑsse determinatũ in scriptura, nec rõnes pñt ad h̄ efficaces induci: tñ ꝓbabilr, ⁊ scđm ꝙ cõsonat mag; sctõꝝ dict; ⁊ reuelationibꝰ fact;, ponit̃ purga⸗toriũ. Quidã putãt purgatoriũ eẽ in mõte Ethna, in Sicilia, ex q̃ monte erũpit ignis cũ sulphure quẽad⸗modũ gehẽna, in q̃ mõte dicũt̃ sepe apparere figure ⁊ audiũt̃ sepe gemitꝰ ⁊ voces q̃rulose: sed de h̄ nihil temere diffinio. Dicit eñi Alanꝰ: Nõ aliud nisi se va let ardẽs Ethna cremare. Et q̃dã fictio phãtastica aliq̃ꝝ refutat̃, q̃ dicũt ꝙ supiꝰ in sphera ignis sit pur⸗gatoriũ. Ubi nota, ꝙ motꝰ aĩe sursum vł deorsum nõ

est scd'm suū desideriū, sed scd'm diuinum iudiciū, qd est mouēs sup̄mū, ꝛ illiꝰ mouet̄ regulā seq̄t anima, ꝛ illud iudicium decreuit animā affligere ad tēpus. Secundo, de loco purgatorij possumꝰ loq̄ scd'm spe cialē diuinā dispēsationē, ꝛ tunc locus purgatorij di= citur extraordinarius, concessus animabus a deo ex misericordia vel alia causā, sicut in simili dicitur de custodia Pauli, Act.28. cum puenisset Romā, pmis= sum est Paulo pmanere cū custodiēte se milite, ꝛ sic diuersis aiabus extra carcerē purgatorij diuersa cō= cedunt receptacula. Primo, ppter celeriorē libera= tionē, ita vt possint alijs suā indigētiā reuelare, sicut dictū est de Paschasio. Et dicit Hugo de sctō Victo re: Probabile est, q in his locis, in qbus culpā cōmi serūt, puniātur, sicut de illo, q presbytero seruiuit in balneo, cui locus ille deputatꝰ erat, culpis suis exi= gētibus, p q p̄sbytero ebdomadā celebrauit, ꝛ libe= ratus ē. Secundo, ppter nr̄am instructionē, vt aliqn recogitemꝰ, magnā post hāc vitā penā infligi pctori bus. Tertio, ppt alicuiꝰ scti impetrationē, sicut legi mus, q sanctꝰ Patritiꝰ impetrauit cuidā, q puniret in qdā loco in terra: ꝛ ex h (vt dt Bonauentura in.4. scripto) fabulose ortū est, q ibi esset purgatoriū.

A qbus aīe in purgatorio puniūtur.

Paragraphus decimusquintus

Hic credit a certis doctoribus, q aīe nō puniūt in purgatorio a demonibus, q sunt dei amice, in charitate existētes, ꝛ fuerunt in h mūdo de= monum victrices, ꝛ sine mortali decedentes, trium= phauerunt de demonibꝰ, g non subijciuntur eis: om nino em̄ irrationabile ꝛ iniquū esset, vt aliqs subijce retur victo post triumphum. Hic dt Ps: Ne tradas aias bestijs ɔfitētes tibi, h est, ne tradas aias ptāti demonū affligēdas: q dicunt bestie, qsi vastie. Unde dixit sanctus Martinus diabolo stāti ad eiꝰ obitū: Quare h astas, cruēta bestia. Nō fecerat h diabolꝰ

vt eũ duceret ad purgatoriũ, sed q: cupiebat insidia-
ri calcaneo, ꝛ ꝑ h̄ detrahere in abissum. Quare vir
dei addidit: nihil in me repies, funeste, sed sin⁹ Abra-
he me suscipiet. Hĩn addit in Psalmo p̄dicto: et ani-
mas paupm tuoꝝ ne obliuiscaris in finẽ, sed purga-
tas educes de locis tenebraꝝ ad celum empyreum.
Demones aũt aïaꝝ purgationẽ ꝛ liberationẽ dete-
stãtur, ergo illã purgationẽ non administrãt. Et in
canone misse dicitur: et dormiunt in somno pacis.
Ex hoc patet, ꝙ non affliguntur ministerio demo-
num, q: cum demonibus somnum pacis non habe-
rẽt. Neq; puniuntur anime ministerio bonorum an-
gelorum, qui conciues suos non tã vehemẽter affli-
gerent, nec charitate sibi coniunctas ita molesta-
rent, sed sicut post diem iudicij, sola diuina iustitia
ignem succendit, quo in perpetuum puniuntur dã-
nati, ita nunc sola diuina iustitia ignem succendit,
quo post hãc vitã purgãtur electi, ad vitã eternã or-
dinati. Albertus super missam dicit: ꝙ per seipsas
purgãtur anime, sicut aurum purgatur a sui impuri-
tate, et rutilat in igne, iuxta illud. i. Corin. 3. Vnius-
cuiusq; q̃le sit opus ignis probabit. Et dicit Beatus
Thomas: ꝙ possibile est, ꝙ sancti angeli eas ad lo-
ca penarum deducãt, et ꝙ etiã demones, qui de pe-
nis hominum letãtur, eas comitentur, et purgãdis
assistãt, vt earum penis satientur, tum etiã in earum
exitu de corpore sui aliquid reperiãt et venentur, si-
cut diabolus astabat Sancto Martino. Albertus
imaginatur, ꝙ animarum purgãdarum cetus seipso
ad talia loca ferat, sicut graue seipso: Anime enim
pondere venialium, que secum de corpore exeuntes
deferunt, ꝓfundius ꝛ minus ꝓfunde ad loca penaꝝ
tendũt, ꝑ diuersitate venialiũ, sicut diuersi põderis
grauia deorsum tẽdũt, in cui⁹ signũ Zach. 5. vr: Iniq-
tates sedere sup calculũ plumbi. Et in Ps̄ dicit de
peccatis: Sicut onus graue grauate sunt super me.

Epilogus.

Ex his oĩb⁹ elicit, q̃ venialia p̃ctã sunt ineq̃lia, ꝛ sic diuersa in purgatorio aĩab⁹ inferũt tormẽta, aliq̃b⁹ maiora ꝛ diuturniora, aliq̃b⁹ leuiora scd̃m q̃ affectus eaꝝ ad venialia fuit magis vł min⁹ immersus. Scd̃o seq̃t, q̃ pene purgatorij sunt volũtarie, ex acceptatiõe ꝛ ꝯditione eoꝝ q̃ eas patiũt, in q̃b⁹ est charitas, p̃ quã volũtatẽ suã diuine volũtati ꝯformãt, ex cui⁹ charitatꝫ ꝟtute, pene eis ad purgatione ꝓsunt. Tertio seq̃t, q̃ p̃cipuũ remediũ, q̃d aĩabus in purgatorio ꝯfert, ẽ scr̃m altarꝫ: alias ꝟt⁹ hui⁹ sacramẽti, ab his q̃ purgatoriũ negãt, diminueretur, q̃d tñ offertur ꝓ viuis ꝛ defunctis. Quarto, q̃ aĩe in purgatorio de sua salute sunt secure, Isa. 54. Ad punctũ in modico dereliq̃ te, ꝛ in miseratiõibus magnis ꝯgregabo te: in momẽto indignatiõis abscõdi faciem meã parũp̃ a te, ꝛ in mĩa sempit̃na misertus sum tui. Quĩto, q̃ ignis purgatorij in nouissimo die finit, nõ q̃ ad substãtiã, sed q̃ ad aĩaꝝ punitionẽ. Demũ elicit ex scripturꝫ, figurꝫ, iurib⁹, doctoꝝ auctoritatib⁹, aĩarũ apparitiõib⁹ ꝛ reuelatiõib⁹, ex fide catholica, et vñis ecclie ꝯsuetudine antiq̃, ex ap̃licis traditiõib⁹ ꝛ sacris interp̃tib⁹, q̃ ponẽdũ sit purgatoriũ, q̃d aĩarũ, post penaꝝ expiationẽ, ad mãsionẽ etherẽã sit introductoriũ: quã mãsionem cunctis Christifidelibus ꝯcedat ille, qui iugiter in celis regnat, Amen.

Finis.

Errata.

In discalceatꝫ, Exo. ꝓ Esaie In Eligio: alij Sangaricũ: stabit post Ancardum In fratricellis, nõ mille ꝓ nõnulli In Johãne huss: Hic Johãnes anglic⁹ ꝛc. ꝓtinet ad Jo. wicleff In indianis, dño ꝓ dominio In Jouinianistis, Nazian ꝓ Nazan. In Juda, Isarioth ꝓ scarioth In Mahometo, Et[illegible] ꝓ Et era.

glis,
ozmē
ioza
nin9
olū-
it,in
icati
rga-
l aīa
hui9
etur,
ie in
pun
gnis
ciem
tui.
it,nō
licit
aīa-
ra,et
ōib9
l aīa
sit in
ibus

San
s,nō
ines
,dño
zan.
ecto,

Prac. Konserw. BJ
X 1980